



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiae Venusinae, ac deinde Aesinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1706**

Titulus XI. De Monialibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

2. **ESSE TALEM QUALEM SE FACIT, ET FACIT.** Quia multiplex est error, qui circa personæ identitatem oriri potest, idè ut vitetur, Ordinarius fidei iussor accedit. Alius est enim error personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ, quando putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error fortunæ, quando putatur hic esse dives, qui est pauper. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui est servus. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est, *cap. unic. 29. q. 1. ubi habetur, quod error fortunæ, & qualitatis conjugii consensum non excludit.*

3. **CUNCTIS TESTAMUR.** Testimonium identitatis, & legalitatis personæ

Patochi, vel Notarii, Ordinarii non possunt denegare; quia cogimur de jure aliis prodesse, ubi nobis non obest, ut inquit *Glof. in cap. quisquis 11. quest. 3.* Quod quidem juvat, non solum ad excludendam fictionem, sed includendam identitatem personæ; quæ licet regulariter præsumatur, ex identitate, & nuncupatione ejusdem nominis, ut dicit *Medic. de regul. jur. par. 2. reg. 1. n. 14.* Nihilominus verior est opinio, quod ex sola nominis identitate inferri non valeat ad identitatem personæ, ut tenuit *Rot. dec. 133. n. 2. & 3. part. 15. & decis. 352. n. 31. p. 16. rec.* Cum experientia compertum sit, plures homines eodem tempore vivere etiam in eodem loco, qui eodem nomine, & agnomine nuncupantur.

## TITULUS XI.

### De Monialibus.

#### Præludium.

#### SUMMARIUM.

1. *Accessus ad Crates Monialium ubi frequentes sunt abusus, potest esse casus reservatus.*
2. *Item potest prohiberi sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, si eveniunt scandala, & n. 3.*

**N**Eque hic, neque alibi in tit. de edictis traditur Formula, qua Episcopus debeat accessum prohibere ad Collocutoria Monialium; quia non omnibus locis, & Diœcesibus convenit eadem Formula; sed talis prohibitio debet arctari, extendi, & moderari, prout abusus, & indigentia locorum postulat. Etenim etiam si regulariter accessus ad Collocutoria sine licentia, non sit casus reservatus Episcopo; adhuc si talis culpa esset frequens, & alio modo removeri non posset, utpotè quia simplex prohibitio cum

comminatione censurarum contemnitur, & indè inconvenientia oriuntur, permittitur, ut fiat casus reservatus, prout est *Bononiæ Sac. Congregat. Episcop. 26. Octobris 1604. licet antea sub 15. Aprilis 1603. id Archiepiscopo denegasset.*

2. Item pœna excommunicationis latæ sententiæ contra accedentes sine licentia Episcopi numquam fuit à Sac. Congregatione laudata, sed sequendo dispositionem text. in cap. *Monasteria de vir. & honestat. Cleric.* comminatoriam tantum approbat teste *Nicol. in flos. verb. accessus n. 6.* quæ Congregationis sententia fulcitur rationibus adductis à *Donat. prax. rer. regular. to. 4. tract. 6. de acces. ad Monial. q. 18.*

3. Et nihilominus si ex frequenti accessu personarum, præsertim nobilium potentium, aut ex alia gravi circumstantia, scandala eveniant, & inconvenientia, excommunicationem etiam latæ sententiæ sustinet, prout bis proposita causa eadem *Sac. Congregat. Episcop. sustinuit in una Civitatis Castellæ contra accedentes ad Collocutoria Monasterii Monialium*

lium Montis Sanctæ Mariæ approbando Edictum Episcopi sub die 16. Janu. & 10. Julii 1699. Ideoque Ordinarii juxta exigentiam loci, & abusus, Edicta extendere debebunt.

Licentiæ pro proponenda Puella educanda.

FORMULA I.

SUMMARIUM.

- 1 Licentiæ, quæ dantur Monialibus scribi debent vernacula lingua.

**I** Nerendo alla licenza a Noi diretta dalla Sagra Congregazione de' Vescovi, & Regolari spedita in Roma sotto la data delli. .... diamo facoltà alla Rever. Madre N. Abbadesa del Monastero N. di poter proporre alle Monache *capitolarmente congregate*, Ponesta Zitella N. per educarla da riceverfi per *Voti segreti*, e vogliamo, che fatto che farà il Capitolo, la detta Madre Abbadesa con lettera testimoniale sottoscritta di sua mano, e figillata col sigillo del Monastero, dia a Noi relatione di ciò che in quello farà seguito. Dato &c.

N. Vescovo N. (o Vicario Generale)

N. Cancelliere Episcopale.

ADNOTATIONES.

1 **F**ormulas plures pro gubernio spiritali, & temporalis dirigendo conscripserunt Latina lingua, Laurent. Peir. in *formul. Barbol. post tract. de Offic. & Potest. Episcop.* Tambur. de *jur. Abbat. & Pelizar. de Monialibus*: Quos tamen quoad Latinum sermonem sequi nolui: quia cum penè omnes hujusmodi licentiæ subjici debeant oculis Abbatissarum, aliarumve personarum, quæ Latinam linguam non callent, congruum mihi visum non fuit, quòd mens, & voluntas Superioris licentiam concedentis idiomate ipsis personis obscuro, & ignoto demonstretur, ne illis inobedientibus, vel formam in licentia præscriptam aspernantibus ignorantia Latini sermonis excusationem præbeat: Et hinc fit, quòd decreta Synodalia Monialium gubernium, & reformationem

tangentia Latino sermone conscripta, antequam eis tradantur, vertuntur in maternam linguam.

2. **INERENDO ALLA LICENZA.** Puellæ educationis causa in Sanctimonialium Monasteriis introduci ab Episcopo non possunt, nisi Sac. Congregationis licentia suffultæ sint, quas tamen exequi non debent, nisi ad impleantur conditiones in iisdem licentiis expressæ, prout statuit Sac. Congr. in Decreto generali emanato 17. Maji 1603. his verbis—*Nullatenus permittant Episcopi puellas educationis causa in Sanctimonialium Monasteria introduci, nisi Sac. Congregat. licentia suffulta, eamque nullatenus exequi præsumant, nisi adimpletis sequentibus conditionibus.*

3. Quòd si Episcopi conditiones præscriptas non observant, nescio quomodo possint excusari Puellas excepta conditione ætatis cæteris magna ex parte negle-

neglectis in Monasteria introducendo: Et an inculpabiliter hæc permittant, viris probis, & cordatis dijudicandum remitto; mihi enim videbatur, quod verba illa Decreti mox relati, ibi -- *Nullatenus exequi præsumant, nisi adimpletis conditionibus, tollent absolutè inferioribus potestatem aliter exequendi, & arbitrandi, nisi consulta Sacra Congregatione.*

4. CAPITOLARMENTE CONGREGATE. Consensus Monialium in receptione educandæ debet dari capitulariter, & per suffragia secreta, ut præscribitur in licentia, nec standum est simplici relationi Abbatissæ, *Sac. Congreg. Episc. & Regul. in America 4. Januarii 1608. Pelizar. de Monial. cap. 5. n. 178.*

Testimonialis Abbatissæ propositionis factæ.

FORMULA II.

IO sottoscritta in vigore della facoltà havuta da Monfig. Illustris. nostro Vescovo (ò Vicario Generale) havendo sotto il giorno d'hoggi proposto alle Monache di questo Monastero Capitolamente congregate nel luogo solito del Capitolo la Zitella N. per Educanda, attesto anche con mio giuramento, ch'è stata accettata con Voti segreti favorevoli.... contrarii... e così riferisco colla presente sottoscritta di mia propria mano, e sigillata col sigillo del Monastero questo dì.....  
N. Abbadesa del Monastero N. mano propria.

Loco ☩ Sigilli.

Si autem Puella habuit omnia Vota favorabilia, dicat -- *Et attesto, ch'è stata accettata con tutti i Voti segreti favorevoli: Si verò esclusa -- Attesto anche con mio giuramento, ch'è stata esclusa con Voti segreti contrarii.... favorevoli....*

Licentiæ recipiendi Educandam.

FORMULA III.

SUMMARIUM.

- 1 Alimenta Educandarum sunt solvenda in pecunia numerata, etiam ex juris dispositione.
- 2 Ex inobservantia conditionum præscriptarum destruitur bonus ordo, &

- Regularis disciplina turbatur.*
- 3 Conditiones præscriptæ à Sac. Congr. debent repeteri in licentia, quæ datur Abbatissæ, & de ratione.
  - 4 Educandæ debent habere Magistram separatam, & ab ea instrui in bonis moribus.
  - 5 Educandæ debent habere locum, & lectum separatam, aliàs non debent admitti.
  - 6 Ubi non possunt recipi Puellæ ad habitum Religionis, neque recipi debent Educandæ.

Constando à Noi per relatione in scritto della Rev. Madre N. Abbadesa del Monastero di S. N. che la Zitella N. d'anni..... come per fede dell'età esibita nella nostra Cancelleria, è stata accettata dalle Monache di detto Monastero Capitolamente congregate con Voti segreti per Educanda, e che habbia pagato anticipatamente gli alimenti per sei mesi in denari contanti, e dato figura di pagarli per l'avvenire, fin tanto che starà in detto Monastero, come dall'Instrumento rogato dal nostro Cancelliere in vigore della facoltà à Noi data dalla Sac. Congr. concediamo licenza alla detta Madre Abbadesa di poterla ricevere dentro il Monast. per Educatione, colle seguenti conditioni, cioè. Che habiti in luogo separato dalle Novizie, e Monache professe, sotto la direzione, & ubbidienza della Maestra depu-

deputata per l'Educande . Che conviva in commune ad un Pane, Vino, e pietanza coll'altre Educande, che gli verrà somministrato dal Monastero. Che entri, e stia con habito modesto, e conveniente all'onestà Virginale, sola, e senza Serva. Che osservi le leggi della Clausura, e del Parlatorio, alle quali sono obbligate le Monache. Che uscendo dal Monastero una volta, non sia più in quella ricevuta, senza nuova licenza della Sac. Congreg. se non in caso, che vi dovesse rientrare per prender l'habito della Religione. Che compita che havrà l'età di 25. anni debba uscire dal Monastero, e ritornare alla propria Casa, se non havrà ottenuta la permissione di restarvi dalla medema Sac. Congregatione. Che la presente sia conservata dalla Madre Abbadesa. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicar. Gener.) N.

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

1. **I**N DENARI CONTANTI . Alimenta pro Educandis sunt solvenda in pecunia numerata, tum ex prescripto licentia Sac. Congregationis, tum ex juris dispositione, & Doctorum sententia, quam docent Tamb. Gav. & alii, quos refert, & sequitur Pelizar: *de Monial. cap. 5. n. 185.* & quidem in tam congrua summa, & quantitate, ut juxta loci ubertatem, vel caritatem Monasterium ab incommodo, quod inde recipit, aliqua utilitate sublevetur.

2. Verum hodie præsertim in Civitatibus, & locis Montanis, hæc conditio, quæ ex præcipuis (nè dicam principalis) est, ex conniventia Episcoporum, & Superiorissimarum prætextu paupertatis familiarum non observatur: quia vel nulla, vel exigua pecuniæ summa soluta, datur parva quantitas frumenti, & vini, quæ vix victui Educandæ correspondet: Magistra est Amita, vel amica, lectus est cum una ex his communis, & ita non solum Decreta Sac. Congr. eluduntur, sed Monasteria servitute hac gratis gravantur, & quod pejus est, ipsa Regularis disciplina mirè turbatur, & crudeli commiseratione, tum Episcoporum, tum Abbatissarum, & aliorum Superiorum, omnis bonus ordo confunditur, & destruitur.

3. **COLLE SEGUENTI CONDITIO- NI.** In licentia, quæ datur ab Episcopo pro receptione Educandæ, repetuntur conditiones, quæ continentur in impressa Sac. Congr. quia cum hæc remaneat apud acta, debent subjici oculis Abbatissæ, ne de illis

ignorantiam valeat allegare, nec de oblivione excusari.

4. **SOTTO LA DIRETTIONE, ET UBBIDIENZA.** Laudabilis institutio educandi puellas in Monasteriis Monialium emanavit à Sede Apostolica, ad hoc ut Virgines probis moribus, necnon virtutibus, & exemplis instruerentur, & ad Religionem afficerentur: Et etiam ut si conjugalem statum post educationem eligerent, timore Domini jam imbutæ, majorem erga prolem, & misericordiæ opera curam haberent: Orationique, & frequentationi Sacramentorum, prout essent edoctæ, etiam in sæculo incumberent.

5. Unde Episcopi in Visitatione Monialium, quæ educandas recipiunt, sedulo inquirere debent, an conditiones, quibus hæc admittuntur, ferventur, & si quos abusus vigere reperiat, tollere non omittat, ne finis frustetur: Etsi ob angustiam Monasterii locum separatam, capacem, & aptum, in quo unaquæque educanda in suo lecto separato dormire queat, non adesse conspexerit, licentias pro educandis de novo introducendis non exequatur, & quoad jam introductas statim certiorer Sac. Congr. prout disponunt Decreta in Aretina 8. Februarii 1594. in Messanen. 24. Januarii 1595. & in S. Severini 16. Jan. 1615.

6. Item animadvertant, quod in illis Monasteriis, in quibus viget prohibitio ejusdem Sac. Congr. admittendi Puellas ad habitum Religionis, censetur etiam prohibitum eas admittere ad educationem, ut respondit ipsa Sac. Congr. in Camerinen. 28. Martii 1588. & in Neapolitana 30. Sept. 1695.

Li-

Licentiæ proponendi puellam ad habitum.

## F O R M U L A I V.

**C**oncediamo licenza alla Rev. Madre N. Abbadessa del Monastero N. di proporre alle sue Monache Capitolarmente Congregate la Zitella N. che desidera d'essere ammessa al Noviziato, & habito della Religione in esso Monastero essendo di già stata da Noi (ò dal Vicario Generale) sentita, & esaminata, e di ciò che seguirà nello Scrutinio de' Voti segreti, e sarà risoluto, ne dia à Noi relazione sottoscritta di sua mano, e sigillata col sigillo del Monasterio. Dato &c.

N. Vescovo (ò Vic. Gen. N.)

N. Cancelliere Episcopale.

Attestationis Magistræ Educandarum de Exercitiis Spiritualibus peractis.

## F O R M U L A V.

## S U M M A R I U M.

- 1 Puellæ recipiendæ ad habitum Religionis, debent se exercere per decem dies in exercitatione spirituali.
- 2 Exercitantibus debet dari methodus, & modus orandi præscribi.
- 3 In receptione ad habitum de necessitate exigitur consensus recipientis, & Capituli Monialium.

**I**o sottoscritta attesto con mio giuramento, che la Zitella N. la quale desidera d'essere ammessa al Noviziato della nostra Religione in questo Monastero, per dieci giorni continui hà fatto sotto la mia direzione, secondo l'ordine dato da Monsignor N. Vescovo, e metodo prescritto dal Padre Confessore Ordinario del Monastero, con edificazione, & esattezza gli Esercitiu Spirituali. E in fede &c. Dato &c.

N. Maestra deputata per l'Educande del Monastero N.

## ADNOTATIONES.

1 **P**ER DIECI GIORNI CONTINUI. Exercitatio rerum spiritualium, debet fieri à Puellis statum Religionis amplecti volentibus per decem dies continuos tam ante susceptionem habitus, quam ante Professionem, prout iussit in ævum maximus Innoc. XI. litt. Encyclicis Sac. Congr. 9. Octobris 1682.

2. **E** METODO PRESCRITTO. Debet enim exercitantibus dari me-

thodus, & modus præscribi, quo fructuosè Exercitia Spiritualia absolvantur, vel ab ipsomet Episcopo, vel Confessario Monasterii, qui ea, quæ pertinent ad observantiam Votorum solemnium, & Regularis disciplinæ, suaviter, & fortiter per puncta dietam distributa insinuabit. Item exercitantem edoctam reddere curabit in Mysteriis Fidei, & de modo mentaliter orandi, quem docet Divus Franciscus Salesius, qui facilis est, & planus; ad hoc ut viam, quam ingreditur Religionis, Professionem

tionem D. N. Jesu Christi, novissimaque hominis meditando, feliciter currat, & bravium accipiat.

3. Et hic nota, quod in receptione ad habitum, ita de necessitate exigitur consensus utriusque, scilicet suscipientis, & Capituli Monialium, ut Novitatus non dicatur inceptus, nisi ambo prius in susceptione consenserint, adeo ut habitus

gestatio, sive consensus solius Abbatisse non sit sufficiens ad inducendam professionem tacitam, Navar. conf. 26. num. 27. de Regul. Donat. de Regul. tom. 2. tract. 9. de Novit. recept. qu. 2. & tom. 4. tract. 9. qu. 10. Passer. de stat. hom. tom. 3. qu. 189. inspect. 1. n. 12. cap. fin. ubi glos. de Regul. in 6. cap. Ea noscitur de his, quae fiunt à Prælat. Ricc. in prax. par. 4. ref. 244. per tot.

### Testimonialis Abbatissæ acceptationis ad habitum.

#### F O R M U L A V I.

**I**O sottoscritta in vigore della licenza ottenuta da Monsignor N. nostro Vescovo, havendo sotto il giorno d'hoggi proposto alle Monache di questo Monastero Capitolarmente congregate nel luogo solito del Capitolo la Zitella N. per Novizia, attesto con mio giuramento, ch'è stata accettata con Voti favorevoli segreti..... contrarii..... (si verò habuit omnia Vota favorabilia, vel fuit exclusa, se contineat, ut dixi in Formula acceptationis Educandæ) e così riferisco colla presente sottoscritta di mia propria mano, e sigillata col sigillo del Monastero questo dì.....

N. Abbadessa del Monastero N. mano propria.

Loco ✠ Sigilli.

Licentiæ recipiendi ad habitum.

#### F O R M U L A V I I.

#### S U M M A R I U M.

- 1 Exploratio voluntatis suscipere volentium habitum Religionis est res gravis.
- 2 Diligentia Episcopo utenda in exploranda libera voluntate Puellæ suscipere volentis Habitum Religionis.
- 3 Puellæ minoris 15. annorum non possunt recipi ad habitum Religionis, & n. 4. 5. & 6.
- 7 Dotis depositum debet esse effectivum

- non confessionatum, aliàs Episcopus teneretur de proprio.
- 8 Moniales præter Dotem possunt elemosynaliter, ac etiam per pactum recipere à noviter ingressura, aliquid pro Sacristia, seu infirmaria, & n. 9.
  - 10 Dos Monialis Supranumerariæ solvi debet in quantitate duplicata, & rejicitur merces, num. 11.
  - 12 Monialis translata præter Dotem defert ad Monasterium ad quod, etiam alia bona, si quæ habet.
  - 13 Dos Novitiæ, quæ decessit ante annum probationis completum, revertitur ad hæredes: secus si decessit anno completo, professione emissa in articulo mortis in manibus Abbatissæ, n. 14.

**C**onstano à Noi per relatione in scritto della Madre N. Abbadessa del Monastero N. che la Zitella N. è stata accettata per Voti segreti dalle Monache Capitolarmente congregate per Novizia in detto Monastero, e della Madre N. maestra dell'Educandæ, ch'essa N. habbia fatto gli Esercitiu Spirituali per dieci giorni continui, & havendo Noi in luogo libero diligentemente esplorata la volontà della medesima, e quella trovata (per quanto col humano intendimento si può

gitt

giudicare) esser pia, e libera, e spontaneamente disposta ad abbracciare lo stato della Religione, e riconosciuto concorrere in essa i requisiti canonici, e della Regola, l'età legittima di *quindici anni* compiuti, & il *deposito effettivo* dell' elemosina Dotale dovuta al Monastero, quando sarà seguita la professione secondo *la cassa ordinaria*, come per instrumento à noi esibito: Perciò concediamo licenza alla detta Madre Abbadesse, d'ammetterla in detto Monastero all'habito della Religione, e compito che avrà il Noviziato, dovrà per un mese avanti, essere à Noi notificato dalla Madre Abbadessa, acciò possa venirsi all'atto della Professione, sotto le pene prescritte dal Sac. Conc. di Trento. Vogliamo, che nella funzione da farsi in prender l'abito s'osservino gli ordini altre volte dati, e la presente *si conservi* nell'Archivio del Monastero. Dato &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale.)

N. Cancelliere Vescovale.

ADNOTATIONES.

**I**N LUOGO LIBERO ESPLO-  
RATA LA VOLONTÀ. De  
importantia hujus clausulæ, jam dixi in  
adnotationibus Formulæ deputationis Vi-  
carii Generalis: Sed quia agitur de re gra-  
vi, non piget hoc unum addere in praxi  
pro Episcoporum noticia & cautela, ut  
quantum possibile erit, malum si forte ad-  
fit, inducendi scilicet Virgines, vi, mi-  
nis, dolo, fraude, & fallaciis ad fuscip-  
iendum habitum Religionis, ab eorum  
Dicecessibus eliminetur.

2. Nempè quod Episcopus, ut de libera  
voluntate Monachandæ certior fiat, de-  
beat ordinare Abbatissæ, quod Moniali-  
bus Capitulariter congregatis pro recep-  
tione Puellæ ad habitum, antequam Vota  
tradant legatur voce intelligibili vernacu-  
la lingua traductum, Decretum *Conc. Trid.*  
*cap. 18. sess. 25. de Regul.* & postmodum ea-  
dem Abbatissa in relatione Capituli ha-  
biti facienda testetur (prout in Formula  
infra subjicienda) de d. lectura. Nam sæ-  
pè verecundæ Puellæ ab ipsis Monialibus  
(quarum fucu, & blandimentis jugi pœna  
tortus flectitur animus, quia rogando co-  
git, qui rogat potenter, *Felin. in c. 1. n. 2.*  
& *3. de offic. Jud. deleg.*) malis artibus ad  
fuscipiendum habitum inducuntur: Ex  
quarum si quæ sit culpabilis, fortè lectura  
Decreti, & fulmine censurarum perterri-  
ta respiscet, & piaculum man festabit.

3. DI QUINDECI ANNI COMPI-  
Monacelli Form. Pars I.

TI. Puellæ in plena pubertate constitu-  
tæ, scilicet, ætatis duodeci m annorum,  
licet jure communi inspecto *in cap. 1. & 2.*  
*21. qu. 2. cap. Ad nostram, cap. significatum*  
*de Reg. Clem. eos eod. tit.* non tantum ad  
habitum, sed etiam ad professionem ad-  
mitti possent, & quoad habitum concedat  
*Trident. sess. 25. de Regul. c. 17.* Nihilomi-  
nus hodiè attento Decreto *Sacr. Congreg.*  
*Episc. & Regul. emanato sub die 23. Martii*  
*1659.* & quod per extensum referunt Ni-  
col. *Lucubr. can. lib. 3. tit. 31. de Regul. num.*  
*34. vers. Undè,* & *Passerin. de stat. hom.*  
*to. 3. q. 189. n. 17.* & etiam in Libris Secre-  
tariæ originaliter vidi, non possunt admitti  
ad habitum Religionis, nisi habeant æta-  
tem completam quindecim annorum.

4. Et quantumvis nonnulli putaverint  
prædictum Decretum esse locale, nempè  
pro Monasteriis Monialium Neapolis, ad  
cujus Archiepiscopum dirigitur, & postea  
pro Diœcesi Lucensi, ad quam asserunt  
fuisse extensum: Tamen horum opinio,  
nullo solido fulcitur fundamento: Tum  
quia in Decreto nulla fit restrictio expli-  
cita, neque virtualis ad Monasteria Nea-  
polis, sed allegatur motivum solummodo  
prohibitionis, quod omnia Monasteria  
universim complectitur, ibi -- *affinche do-  
po l'anno della probatione possano professare*  
*secondo che vien prescritto dallo stesso Conc.*  
*di Trento.*

5. Tum quia post publicationem præ-  
libati Decreti praxis obtinuit pro omni-  
bus Monasteriis, & locis, ubique loco-  
rum

X rum

rum positus, recurrēdi ad Sedem Apostolicam, quoties aliqua puella bono spiritu ducta vult habitum suscipere Religionis ante dictam ætatem quindecim annorum, & Papa, cui preces porriguntur, vel ipse dispensat, vel ad arbitrium ejusdem Congregat. remittit, quæ juxta meritum postulantium, & præsertim nobilium gratiam concedit pro octo, vel decem mensibus, & si non adsit remissio supplicis libelli facta per Papam, sed gratia petita fuit Sac. Congreg. solet rescribere --- pro gratia si Sanctissimo placuerit: prout ita rescripsit pro Nobili Puella Mantica Americana sub die 18. Novembris 1695. ac in reformatione Constitutionum Monialium Cognole Favent. Diæcesi 8. Octobris 1699. servari mandavit.

6. Et propterea cautè legendi sunt, Tamb. de jur. Abbatiss. disp. 4. quæst. 2. Pez. de Monialib. c. 2. num. 17. & 18. alique cum eis; qui dispositionem juris communis sectantes, puellas ante ætatem quindecim annorum ad habitum Religionis recipi posse firmant: quia nunc eorum opinio admitti tantum poterit in illis Religionibus, in quibus statutum à Sede Apostolica approbatum vigeat, quod Puellæ receptæ ad habitum per biennium in Novitiatu permaneant: Nisi iterum nova Sedis Apostolicæ declaratione fiat reditus ad jus commune.

7. **IL DEPOSITO EFFETTIVO.** Depositum dotis debet esse effectivum, non autem fictivum, sive confessionatum (ut sæpè fit) aliàs si depositum, sequuta professione, exigi non possit; & pecunia (quæ fortè realiter non fuit deposita) integraliter Monasterio non solveretur, Episcopus, si fictionis esset conscius, teneretur de proprio, juxta Decreta in Portugalen. 6. Junii 1615. & in Brundusina 15. Januarii 1616.

8. An autem præter dotem sit licitum aliquid aliud recipere pro Monachandis titulo eleemosynæ, Sac. Congreg. Cync. in una Leodien. pro PP. Carmelitis Calceatis huic quæstio pro Maribus facta 9. Feb. 1697. respondit --- servetur dispositio juris. De jure autem est, quod Religiosus, & Religiosa non possunt, nec debent pretio recipi in Monasterium, cap. quoniam 40. de

Simon. ubi Abb. D. Tb. 2. 2. q. 100. art. 3. in resp. ad 4. Donat. de Regul. tom. 2. par. 2. tr. 1. de rescript. q. 16. & tom. 4. & trati. 17. de Dot. Monial. q. 8. Fagnan. in c. Non amplius n. 24. & 25. de instit.

9. Verum in terminis Monialium, quod in receptione, aut tempore professionis aliquid eleemosynaliter, etiam per pactum Sacrificiæ, sive Infirmariæ Monasterii applicandum recipi possit, declaravit Sac. Cong. Episc. in Ullyssipon. 5. Novemb. 1616. Papæ oraculo ibi --- Sanctissimus D. N. censuit eleemosynas, quæ per pactum Sacrificiæ, & Infirmariis Monasteriorum Monialium dari solent, non comprehendi in Decreto, quo propinarum solutio per Moniales dum ad Habitum, vel Professionem admittuntur fieri solita, interdicitur.

10. **LA TASSA ORDINARIA.** Eleemosyna Dotalis Monialis intra numerum debet esse in quantitate solita juxta Monasterii legem: Si verò Monialis recipiatur supra numerum, pro qua exigitur licentia Sac. Congr. tunc Dos solvi debet in quantitate duplicata, absque labe simoniæ, ut firmat Gibell. de Simon. qu. 18. n. 13. & 14. Nicol. in fosc. verb. Concurfus, & præscribitur in Decreto generali Sac. Congr. per extensum relato à Quaranta in Summ. Bull. vers. Monasteria Monialium, in fin. pag. mibi 351. Sac. Congr. Concil. in Casen. 18. Augusti 1696. in qua fuit approbatum Decretum Synodi hoc idem præscribentis.

11. Contra quam praxim, licet Bon. Merbes. in Sum. tom. 1. q. 64. per tot. insurgat, & pluribus fundamentis, rationibus, Bullis, & argumentis, conetur probare, & ostendere, quod Dotes Monialium mediante pactione sine labe Simonie recipi non possint: adhuc solutionem licitam probat universalis consuetudo Italiæ, Hispaniæ, & aliarum Regionum, Decretis Sacrarum Congregationum Episcoporum & Concilii sæpissimè comprobata, quæ Merbesio reprobato referuntur à Pignat. conf. 90. per tot. tom. 6. & præsertim n. 21. & plenè probat pactionis justitiam Fagnan. in c. Non amplius n. 24. de inst. Georg. Polacc. de paup. Regul. §. 81.

12. Si autem sermo sit de dote Monialis translata de licentia Sedis Apostolicæ,

cæ, tunc præter solitam Dotem, defert etiam ad Monasterium ad quod alia bona, si quæ habet, relicta solummodo prima Dote Monasterio à quo, ut sequendo opinionem Card. de Luc. de Regul. disc. 39. num. 17. tenuit Sac. Congr. Episc. referente Eminentissimo Card. Tanara in Hispanen. Transitus 23. Januar. 1699. Quod est contra Nicol. in fosc. verb. Translatio n. 19. & Donat. prax. rer. Regul. part. 2. tract. 5. q. 57. & q. 58. tenentes partes primi Monasterii.

13. Et tandem, si quæstio oriatur pro Dote novitiæ, quæ decessit intra annum probationis: tunc distinguendi sunt actus: Si enim novitia decederet non completo anno probationis, Dos debet restitui consanguineis hæredibus, non obstante,

quod in articulo mortis professionem emisserit, Donat. in prax. rerum Regular. par. 4. tract. 10. quæst. 21. Pignatell. conf. 356. tom. 1. ubi ex Decreto Sac. Congregat. Concilii, ait quod si Novitia ab infirmitate convaluerit debet iterum profiteri, Passerin. de stat. hom. tom. 3. quæst. 189. num. 172.

14. Si verò Novitia decederet anno probationis jam expleto, emissa in mortis articulo professione in manibus Abbatissæ, tunc Dos acquiritur Monasterio, licet professio emissa fuerit incio Ordinario; quia nihil deficit ad substantiam validæ professionis, cum Superiorissâ de se sola illam possit recipere, Donat. dict. part. 4. tractat. 10. qu. 23. Pellizar. de Monial. cap. 9. n. 18.

### Licentiæ proponendi Novitiam.

#### F O R M U L A V I I I .

**H**Avendo Noi di nuovo esplorata la volontà della Novitia N. al secolo N. e quella ritrovata libera, e costante nel proposito d'abbracciare lo stato Religioso, & essendo terminato l'anno della probatione, concediamo perciò licenza, anzi ordiniamo alla Madre N. Abbadesa del Monastero N. di proporre alle Monache capitolarmente congregate la detta Novizia per essere ammessa con voti segreti alla solenne professione, e vogliamo, che la medesima Madre Abbadesa, con attestazione giurata, e sottoscritta di propria mano, e sigillata col sigillo del Monastero riferisca à Noi ciò che nel Capitolo delle Monache sarà risoluto, e che conservi la presente. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale) N.

N. Cancelliere Vescovale.

### Relationis Abbatissæ.

#### F O R M U L A I X .

**I**o sottoscritta in vigore della licenza, & ordine havuto da Monsignor Illustrissimo nostro Vescovo N. (ò Vic. Generale) havendo sotto il giorno d'oggi proposto alle Monache di questo Monastero Capitolarmente congregate nel luogo solito del Capitolo la Novitia N. chiamata nel secolo N. per esser ricevuta alla solenne professione, e letto loro prima dello scrutinio de' voti il c. 18. vulgarizzato del Concil. di Trento della sess. 25. de regularib. con voce intelligibile, attesto con mio giuramento, ch'è stata accettata con voti segreti favorevoli . . . . con-

X 2 tra-

trari ..... e così riferisco colla presente sottoscritta di mia propria mano, e sigillata col sigillo del Monastero questo dì ....

N. Abbadessa del Monastero N. mano propria.

Luogo ✠ del Sigillo.

Licentiæ emittendi professionem.

F O R M U L A X.

S U M M A R I U M.

1 *Exercitia spiritualia debent renovari ante professionem.*

**E**ssendo Noi certificati per relatione in scritto della Madre Abbadessa del Monastero N. che la Novizia N. al secolo chiamata N. da Noi esaminata, & approvata, sia stata accettata Capitolarmente per voti segreti dalle Monache per dover professare solennemente in detto Monastero, e per fede esibita d'aver compita l'età d'anni fedeci, e per attestato della Madre N. Maestra delle Novizie, che abbia per dieci giorni continui fatti gli *Exercizi Spirituali*, concediamo licenza alla detta madre Abbadessa, che stando il P. N. Confessore (ò altro Deputato) nella Chiesa esteriore alla fenestrella della Communione, osservando gli ordini in tal funzione da Noi prescritti, possa, e debba ricevere l'espressa, e solenne Professione di detta Novizia N. e vestirla dell'abito da Monaca, e vogliamo, che ci faccia relatione in scritto del giorno, in cui d. N. avrà professato, e che conservi la presente. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale N.)

N. Cancelliere Vescovale.

ADNOTATIONES.

1 **F**ATTI GLI ESSERCITII SPIRITUALI. Sunt enim Exercitia Spiritualia repetenda majori cum fervore ante tempus Professionis, & fides debet concipi prout in Formula V. supra posita, mutato tantum nomine, & subscriptione Magistree Educandarum in Magistram Novitiarum, & nominæ Puellæ N. in Novitiam N.

Relationis Abbatissæ.

F O R M U L A X I.

S U M M A R I U M.

1 *Relatio Abbatissæ de professione emissæ à Novitia non exigitur quoties*

- emissæ in manibus Episcopi.*  
 2 *Professio Monialium debet in libro adnotari cum expressione temporis, & subscriptione professæ.*  
 3 *Adducuntur formulæ descriptionis in libro registrandæ n. 4. 5. & 6.*  
 7 *Instruatur, quæ formula sit aptior, & num. 8.*  
 9 *Quæ pertinent ad receptionem habitus, & professionem Monialium, debent diligenter adnotari.*  
 10 *Votum Clausuræ continetur implicite sub voto obedientiæ.*  
 11 *Novitia admissa ad habitum Religionis, an habeat jus reclamandi si à Monialibus excludatur à professione? afferuntur exempla num. 12. & resolvitur negativè n. 13.*  
 14 *Professio non emittitur sine licentiâ Epi-*

- Episcopi in scriptis obtenta.*  
*Professio si emittatur in manibus Abbatissae in scio Ordinario est valida.*
- 15 *Quid agere debeat Episcopus, ut Puella ad Habitum, & Novitiae ad professionem non admittantur eo in scio.*
- 16 *Educandae in Monasteriis Regularibus subjectis, admitti possunt sola licen-*

- tia Superioris Regularis.*
- 17 *Episcopus in Monasteriis Monialium Regularibus subjectis potest recognoscere an pro Educandis serventur conditiones praescriptae.*
- Episcopus, qui admittit Educandas in Clausuram absque licentia Sac. Congreg. incurrit excommunicationem.*

**I** O sottoscritta in vigore della facoltà *datami* da Monsignor nostro Vescovo, (ò Vic. Gener.) attesto con giuramento, che li... del mese di... del corrente anno... la Novitia N. chiamata al secolo N. stando nella Chiesa esteriore di questo Monastero alla fenestrella della Santissima Comunione il Signor... Deputato per la funzione, fece, & hà fatto nelle mie mani l'espressa, e solenne professione secondo la forma prescritta dalla nostra Regola alla presenza delle Madri N. & N. & è stata registrata al libro à questo effetto ritenuto in questo Monastero, e così riferisco questo dì.....

N. Abbadesa del Monastero N. mano propria.

Luogo ✠ del Sigillo.

### ADNOTATIONES.

1 **D**ATAMI. Hæc relatio danda est quando Episcopus per se ipsum, vel per suum Vicarium Generalem functionem non facit, sed Confessario, vel alteri committit: quando enim professio emittitur in manibus Episcopi, vel Vicarii Generalis, tunc sufficit, quod Abbatissa referat in libro Monasterii functionem fuisse expletam ab uno eorum, & Cancellarius Curie hoc idem in actis Monialium adnotare debet.

2. **E STATA REGISTRATA.** Debet Episcopus ordinare, quod in unoquoque Monasterio retineatur liber, in quo registrentur professiones Monialium cum expressione diei, mensis, & anni, & subscriptione Monialis Professæ, & duarum Monialium tamquam Testes, juxta dispositionem Decretorum Clem. VIII. quæ per extensum refert Don. *prax. rer. regul. part. 2. tract. 2. pag. mibi 152. & de profess. solem. tract. 10. qu. 4. n. 5. & 6. pag. 231. necnon juxta dispositionem Text. in cap. Vidua 20. quest. 1. ibi-- scriptis professionem faciat à se aut signo, aut subscriptione notatam.* Exempla autem possunt esse sequentia.

Monacelli Form. Pars I.

### PRIMUM.

3. *Addi 8. Settembre 1702. giorno della Natività di Maria Vergine, Suor Rosa Celeste al secolo chiamata Agnese Nolfi, fece secondo la forma prescritta dalla nostra Regola la sua solenne Professione spontaneamente in mano di Suor Eleonora Berti Abbadesa di questo Monastero, alla presenza di Suor Colomba Amati, e di Suor Maria Eugenia Floridi. Fece la funzione alla fenestrella della Comunione il P. D. Benedetto Scorza Confessore Ordinario.*

Così è Io Suor Rosa Celeste mano propria.

Io Suor Colomba Amati fui presente come sopra.

Io Suor Maria Eugenia Floridi fui presente come sopra.

Io Suor Chiara Lucidi Secretaria.

### EXEMPLUM II.

4. *Questo dì 15. Ottobre 1702. giorno di Santa Teresa, Suor Dorothea Agnese, al secolo chiamata Catarina Adorni, hà promesso à Dio spontaneamente con voto solenne, povertà, castità, & ubbidienza in mano della madre Maria Maddalena Foschi Abbadesa di questo Monastero, alla presenza di Suor Agata Concetti, e di*

X 3 Suor

*Suor Lidia Ameni, fece la funzione alla fenestrella della Communione Monsignor Braschi nostro Vescovo.*

Così è Io Dorotea Agnese mano propria.

Io Suor Agata Concetti fui presente alla detta professione mano propria.

Io Suor Lidia Ameni fui presente alla detta professione mano propria.

*Suor Chiara Lucidi Segretaria.*

### EXEMPLUM III.

*5. Adì 10. Aprile 1703. terzo giorno di Pasqua di Resurrezzione, Suor Elena Teresa al secolo chiamata Elisabetta Migliorati, hà fatto i suoi voti solenni spontaneamente di povertà, castità, ed ubbidienza in mano della madre Suor Fulgenza Casrucci Abbadessa di questo monastero, & alla presenza di Suor Dorotea Fanelli, e di Suor Maria Felice Angeli. Fece la funzione alla fenestrella della Communione il Sig. Abate Gio: Domenico Pellegrini Vicar. Gen., e per non sapere detta Suor Elena Teresa scrivere hà fatto il segno di Croce.*

Segno di ✠ detta Suor Elena Teresa Migliorati.

Io Suor Dorotea Fanelli fui presente à quanto di sopra.

Io Suor Maria Felice Angeli fui presente à quanto di sopra.

*Suor Chiara Lucidi Segretaria.*

### EXEMPLUM IV.

*6. Io Suor Elena al secolo chiamata Margherita Torelli questo dì 15. d' Agosto 1702. giorno dedicato all' Assunzione di Maria sempre Vergine, nelle mani della madre Suor Colomba Giusti Abbadessa di questo Monastero N. & avanti Monsignor Stefano Lanfranchi nostro Vescovo ho fatta la mia solenne professione espressa spontaneamente secondo la forma prescritta dalla Regola.*

Suor Elena Torelli mano propria.

Io Suor Giustina Mannelli fui presente mano propria.

Io Suor Placida Corbelli fui presente mano propria.

*Suor Chiara Lucidi Segretaria.*

7. Harum igitur formularum una describenda erit professio, quarum ultima forte videtur magis apta: hanc enim approbavit Sac. Congregat. Episc. & Regul. pro Monialibus Monasterii S. Crucis Ordin. S. Claræ Civitatis Vigilien. occasione confirmationis novarum Constitutionum à clar. mem. Card. Petrucci de mandato ejusdem Sac. Constitutionis revisarum de mense Martii 1694. Si autem scribere nesciat, tunc Monialis Secretaria illius nomine scribat, & ipsa professa signo Crucis se subscribat, ut in Formula III. ut ita servari præscripsit in approbando novas Constitutiones Monialibus Cotignolæ Sac. Cong. 8. Octobris 1699. revisore eodem Card. Petruccio.

8. Emissio verò votorum fit juxta uniuscujusque Monasterii Regulam, quæ si vè fit brevior, si vè longior, omnes in hoc conveniunt, ut scilicet paupertas, castitas, & obedientia promittatur.

9. Valdè autem interest, quod Professiones Monialium in libro benè compacto in quo nil aliud adnotetur registrentur modo superius insinuato; & quod omnes licentiæ Episcopi, & relationes Abbatissarum in scriptis semper dandæ custodiantur: quia ex illarum defectu, & deperditione, sæpè præjudicia & lites promanant, tum circa validitatem professionis, quæ solet impugnari prætextu non adhibitæ explorationis, & non liberæ voluntatis, carentiæ ætatis, clandestinitatis, & nullitatis Capituli Monialium, ejusque intempestivitate: Tum circa successiones bonorum, delatas, vel non delatas Monasteriis ex persona Monialium, in casu obitus tempore Novitatus, vel professionis secutæ, aut demum non legitime renunciationis. Quibus præjudiciis occurrendo providus Episcopus mandet diligenter in actis Curiæ, & libris Monasterii respectivè servari, & adnotari.

10. Et hinc nota Primò quod votum perpetuæ Clausuræ quamvis explicitè non emittatur, adhuc includitur sub voto obedientiæ, ut respondit Sac. Cong. Episc. & Regul. in Toletana 19. Aprilis 1619.

11. Secundò, quod Professio est species contractus, qui non perficitur nisi con-

concurrat consensus utriusque partis, nempe Monasterii, & professionis: Et sic Novitia acceptata ad habitum, si ad professionem à Monialibus denuò Capitulariter non acceptetur, non habet jus reclamandi, quamquam sine causa excluderetur, prout respondit *Sac. Congreg. in Hortana* 12. Aprilis 1619. in qua recurrente quadam Hortensia Santilla Novitia Monasterii S. Antonii, & petente ordinem dari Monialibus, ut ipsam admitterent ad professionem, à qua sine causa excluderetur, rescriptum fuit -- *Professio est species contractus, qui non perficitur nisi cum consensu utriusque partis.*

12. Cum qua resolutione concordat alia recentior in *Januen. 6. Martii 1698. referente Eminentissimo Cardinali Tanara*, in qua cum quædam Puella Theresia Marchina post annum expletum Novitiatu à majori parte Capituli Monialium Monasterii S. Marthæ Januæ à professione exclusa remansisset, & recursum habuisset ad *Sac. Congr.* ad hoc ut Moniales cogentur ad illam acceptandam, ex motivo, quod post annum Novitiatu absque causa, (quæ non aderat) non posset sine gravamine à professione excludi, & plures Authores ad hoc firmandum pro se adduceret.

*Sac. Congreg. Partibus acriter informantibus respondit-- Deveniat ad novum scrutinium, & quatenus Marchina habeat pro se saltem 30. suffragia, Archiepiscopus auctoritate Sac. Congregationis, (facto verbo cum Sanctissimo) suppleat; si verò minor suffragia, quam triginta habuerit, idem Archiepiscopus certaret Sac. Congregationem.*

13. Ex qua declaratione infertur, quod in acceptatione Novitiæ ad professionem, vel major pars Capituli Monialium prout juris est debet concurrere, vel Papa supplere; absque eo quod Moniales teneantur, nec arctandæ sint ad exprimendam causam rejectionis: quia cum Novitia Capitulariter per segreta suffragia admittatur ad professionem, vel rejiciatur, nulla est assignanda ratio admissionis, aut rejectionis, quia unaquæque ex Monialibus regulat proprium suffragium secundum conscientiam, & sic non habet locum ulterior quæstio, ita respondendo contrariis

firmat Pasqual. ad Lauret. de Franch. *par. 2. q. 49. n. 4.*

14. Tertiò, quod antequam Puella à Capitulo Monialium ad habitum, vel professionem admittatur, debet Episcopus certiorari, ad hoc ut illius voluntas exploretur, & post explorationem licentia in scriptis obtineri, etiam pro Monasteriis, quæ Regularibus subjiciuntur, *Sac. Congr. in Vicentina* 30. Septembris 1596. Verum si Moniales absque Episcopi exploratione, & licentia, immò & contra ejus mandatum expressum, Puellam ad habitum, vel ad Professionem acceptarent, & admitterent, & Professio de facto in manibus Abbatissæ emitteretur, esset valida, ut auctoritate *Port. par. 1. c. 9. n. 8. firmat Donat. prax. rer. regul. tom. 4. tract. 12. q. 28.* licet Abbatissa posset acriter puniri, & ab officio deponi.

15. Unde ad obviandum hominum malitiis, Episcopus cautè, & scitè agendo Edicto, aut Decreto Synodi (quod est firmitus) statuat, quod Puellæ, quæ Professionem emittere cupiunt in quibusvis Monasteriis etiam Regularibus subjectis, neque ad habitum, neque post annum probationis ad Professionem à monialibus, aut Abbatissis, aliisque Superioribus, recipiantur, nec admittantur, nisi per quindecim dies antè ipse fuerit certioratus, & licentia in scriptis pro illarum acceptatione, & admissione obtineatur: & hoc cum clausula quod aliàs receptiones, & Professiones irritæ, & nullæ sint eo ipso: tunc etenim stante hac prohibitionem munita clausula irritante, si adhuc Puella aliqua ad Professionem ab Abbatissa, & monialibus infcio Episcopo reciperetur, nulliter agerent, ut admittit *Donat. loco citato dicta quæst. 28.*

16. Quod in monasteriis Regularibus subjectis obtenta licentia *Sac. Congr.* recipi, & admitti possunt educandæ absque consensu Episcopo, & sola licentia Superioris Regularis, *Pelizar. de Monialib. cap. 5. sess. 4. num. 178.* & declaravit *Sac. Congr. Episc. & Regul. in Cremonen. Terra Soncini* 1. Septembris 1690. licet aliquando *Sac. Congregatio* etiam in monasteriis Regularibus subjectis executionem licentiæ Episcopo soleat committere.

17. Poterit tamen, & debet in Vifitatione recognoscere, an ferventur conditiones præscriptæ, vel potius vigeant abusus, de quibus supra mentionem feci, & de omnibus Sac. Congregationem instruatam reddere: animadvertendo, quod si reperiretur alicubi introducta aliqua puella educationis gratia absque licentia Sac. Congregationis, Superior, aut Episcopus, qui id permiserit, esset incurfus excommunicationem, prout Sac. Congreg. monuit Archiepiscopum Pragensem 9. Aug. 1594. qui hoc attentaverat.

**I**osottoscritta havendo sotto questo giorno convocato il Capitolo delle Monache di questo Monastero nel luogo solito, e proposto loro le istanze delle Zitelle N. N. & N. N. che desiderano d'essere ammesse per Monache corali nel luogo numerario vacante per morte di Suor N. & essendosi considerati i loro requisiti, è stata accettata Capitolarmente con voti segreti la Zitella N. havendo ottenuto voti favorevoli..... contrarii..... & esclusa la Zitella N. con voti contrarii..... favorevoli..... così riferisco, & attesto con mio giuramento questo dì.....

N. Abbadesa del Monastero N. mano propria.

Loco ✱ Sigilli.

#### ADNOTATIONES.

**1** **NEL LUOGO NUMERARIO.** Si enim adsint plures puellæ; sive educandæ, sive extra Monasterium, quæ insent admitti ad habitum Religionis in loco numerariæ Monialis defunctæ: vel sibi concedi nominationem, & locum, quem fortè Moniales vigore alicujus legati concedere, & distribuere debent; tunc unam, vel plures admittere spectat ad Moniales liberè, & Episcopus præter voluntatis explorationem nil aliud facit, ut respondit Sac. Congr. Episcop. in Placentina 6. Febr. & in Hieracen. 8. Maii 1615.

**2.** Verum est tamen, quod Moniales locum concedere debent illi puellæ, quæ tunc, tempore realis, & veræ vacationis, ætate idonea sit, & cæteras qualitates requisitas habeat, aliàs promissio, & acceptatio irrita, & nulla est, prout statuit Sac. Congr. Decreto generali, quod

Alterius relationis Abbatissæ.

#### FORMULA XII.

##### SUMMARIUM.

- 1 Acceptatio puellarum ad habitum Religionis pertinet liberè ad Moniales.
- 2 Moniales locum numerarium concedere debent puellæ, quæ ætate idonea sit, & cæteras qualitates requisitas habeat, aliàs acceptatio nulla est.

per extensum refert Quarant. in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium vers. final. & novissimè declaravit in Camerin. 10. Junii 1701. favore puellæ Cimorellæ, ad exclusionem puellæ Hippolytæ Ludovici de Juvenibus Terræ Matelicæ, non habentis requisita, Monialibus Sanctissimæ Annunciationis, & partibus ejusdem loci informantibus.

Licentiæ Renunciationis faciendæ.

#### FORMULA XIII.

##### SUMMARIUM.

- 2 Pro validitate Renunciationis Novitiæ non exigitur presentia, sed Episcopi, seu Vicarii Generalis licentia.
- 2 Renunciatio bonorum Novitiæ non de-

debet fieri, nisi prius per Ordinarium fuerit explorata voluntas ad cautelam.

3 Renunciatio huiusmodi debet stipulari per Cancellarium Episcopi de aequitate.

4 Monialis ubi adest statutum exclusivum foeminarum non succedit in

hereditate Clerici.

5 Renunciatio Novitiæ evanescit non secuta professione, etiamsi fiat favore Monasterii.

Renunciatio bonorum, quæ fit per Novitiam per viam Testamenti, firma remanet etiamsi non sequatur professio.

**S**I concede licenza alla Novizia N. nel Monastero delle Monache di S. N. al secolo chiamata N. di poter fare, volendo, dentro il termine di due mesi prossimi precedenti alla sua professione la rinunzia de' proprii beni nel modo, e forma, che gli piacerà di fare secondo la disposizione del Sagro Concilio di Trento cap. 16. regul. e vogliamo, che la presente sia inserita nell' Instrumento della rinunzia da stipularsi dal nostro Cancelliere. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicario Generale) N.

#### ADNOTATIONES.

1 **S**I CONCEDE LICENZA. Pro validitate Renunciationis à Novitia faciendæ non requiritur presentia, & interessentia Episcopi, seu Vicarii Gen. sed sufficit præcessisse licentiam in scriptis unius eorum, prout plenè articulo discusso declaravit *Sacr. Congr. Concilii in Mantuana 12. Febr. & 19. Augusti 1690.* & ratio est, quia Concilium non exigit Ordinarii presentiam, sed licentiam tantùm pro actus legalitate, & validitate: Immo Pasqual. in suis q. moral. jurid. 35. n. 2. tenet, quod pro validitate Renunciationis sufficiat sola licentia Vic. pro Monialibus deputati: at de hac opinione tu dubita.

2. Est tamen verum, quod ad occurrendum fraudibus, & machinationibus, quibus sæpè Puellæ circumveniuntur, non solum à Consanguineis, sed etiam ab ipsis Monialibus, ac etiam aliis extraneis Tutoribus, & Curatoribus, talis licentia in praxi concedi non deberet, nisi cum aliqua Causæ cognitione, hoc est explorata prius (semotis arbitris) voluntate Renunciantis, prout ita practicasse testatur doctus Præsul Sperell. dec. 16. n. 55. & seq. à quo de anno 1670. primam Clericalem Tonsuram accepi.

3. **DA STIPULARSI DAL NOSTRO CANCELLIERE.** Cum Instrumentum huiusmodi renunciationis conservari debeat in Actis Curie Episcopalis, ut jam

dixi in Adnot. ad form. deputationis Cancellarii; ratio, & æquitas etiam postulat, quod debeat rogatus fieri manu Officialis Curie; nisi ex aliqua rationabili, & prudentiali ratione Episcopus, sive Vicar. in aliquo casu, vel loco ubi vigeret contraria consuetudo, etiam ab alio Notario cum obligatione deferendi Copiam publicam in Archiv. Episcopali, stipulari permetteret.

4. Et hic reminiscaris, quod hodiè Monialis professæ, etiam non facta bonorum renunciatione, non succedit in bonis Parentum, Fratrum, Patruorum, nec Consanguineorum, ubi adest statutum exclusivum foeminarum, non obstante, quod agatur de hereditate Clerici: propter Constitutionem Innoc. XI. qua tollitur quæstio potestatis statuentium circa personas Clericorum, & quæ reponitur in Appendice huius operis.

5. Advertendum quoque est, quod Renunciatio facta per Novitiam, seu Novitium ad formam Concilii, evanescit, si Novitia moriatur antè emissam Professionem, etiam si esset facta favore Monasterii: quia Concilium vult, quod Renunciatio effectum non sortiatur, nisi secuta professione, ut advertit Pass. de stat. hom. tom. 3. quæst. 189. inspect. 8. num. 170. Unde ut Renunciatio firma sit, etiam casu mortis renunciantis eveniente ante Professionem, datur cautela, quod Renunciatio fiat per viam Testamenti, & ultimæ voluntatis, ut insinuat idem Auth. *ibid. n. seq.*

Li-

Licentiæ pro Syndicis .

## F O R M U L A X I V .

## S Y M M A R I V M .

- 1 Jus eligendi Syndicos , & Officiales Monialium , de jure pertinet ad Episcopum , jure autem speciali ad laicos , vel Moniales .
- 2 Episcopus non debet auferre Monialibus , jus quod habent eligendi Officiales .
- 3 Neque laicis , qui jus ministeriale habere possunt , & n. 4.

- 5 Negligentia Civium particularium non potest tollere privilegium Universitatis .
- 6 Officiales , & Syndici Monialium non possunt se immiscere nisi in rebus temporalibus .
- 7 Laici administratores , alique Officiales Monasteriorum Monialium sunt capaces juris nominandi , & presentandi puellas recipiendas ad habitum Religionis .
- 8 Syndici , & alii Officiales Monialium durare non debent ultra triennium .
- 9 Ante triennium sine causa non debent removeri , & afferuntur rationes .

**N**on potendo per Noi stessi siccome vorremmo impedito dalle Cure del nostro grave peso Pastorale assistere personalmente agl'interessi temporali del Monastero delle Monache di S. N. e volendo perciò provvedere di persone idonee , che possano e debbano à quello soprintendere , e prenderne la protezione , e la difesa , confidati nell'integrità , zelo , e pietà delli Signori N. N. gli eleggiamo , e deputiamo Sindici , e Curatori del detto Monastero colle facultà solite , e consuete ; per provvedere nelle cose temporali solamente secondo le occorrenze , osservando le disposizioni Sinodali , e della Regola , e Constitutioni del Monastero , & accadendo cosa grave insolita , non prendano risoluzione alcuna senza il nostro beneplacito , dandogli licenza di poter parlare all'Abbadessa , & altre Monache Officiali , per gli affari , e bisogni del Monastero alle Grate del Parlatorio in ogni tempo , e la presente sia registrata dal nostro Cancelliere al libro delle Deputationi , e vaglia per . . . Dato , &c.

N. Vescovo N.

N. Cancelliere Vescovale .

## A D N O T A T I O N E S .

- 1 **G**LI ELEGGIAMO SINDICI . Jus eligendi Syndicos Procuratores , & Officiales Monasteriorum Monialium jure ordinario pertinet ad Episcopum : aliquando tamen vigore legis foundationis , vel etiam consuetudinis , aut Constitutionis , ad Moniales ; & aliquando vigore juris patronatus , aut alterius conventionis etiam ad laicos .
2. Quatenus hoc jus spectet ad Moniales , Episcopus sinit eas suo jure uti , servata sibi approbatione , & remotione ad formam Concilii Trid. & Decretorum Sacr.

Cong. quæ refert Nicol. in flosc. verb. Monasterium n. 9. quia libertas tales Officiales eligendi non est auferenda , neque ad certas personas coarctanda , quoties electio fiat de personis ætate , moribus , & experientia habilibus , ut declaravit Sac. Cong. Episc. in Surventina 31. Januarii , & 12. Maii 1617. & in Januen. 12. Junii 1693. referente clar. mem. Card. Petruc.

3. Si verò electio , & deputatio ad laicos pertineret , Episcopus non debet , neque potest talem deputationem respuere , quamvis sic deputatis incumberet reddituum Monasterii administratio ; sed contentus maneat habere superintendentiam jux-

juxta dispositionem Concilii cap. 8. & 9. sess. 22. de reform. & nullo modo innovet administrationem impediendo; cum enim agatur de jure honorifico ministeriali, & providentiali, nulla adest deformitas, neque Canonum repugnantia, quin laici possint illud habere, retinere, & exercere, juxta originalem doctrinam Archid. in c. benè 17. quest. 7. Januen. prax. c. 40. num. 2. quos refert, & sequitur Card. de Luc. Miscel. dis. 35. n. 11.

4. Et ita in puncto respondit Sac. Cong. Episc. in Surrentina 4. Novembr. 1698. referente eod. Cardinali, in qua prætendente Archiepiscopo nominationem Deputatorum Monasterii Monialium Sanctissimæ Trinitatis, per Magistratum Civitatis (ad quem jus nominandi spectabat) factam, non admittere, eosque ad libitum remove, ac administrationem reddituum eis impedire, & prohibere, partibus auditis prodit rescriptum --- *Nominationem Deputatorum faciendam esse à novo Syndico Civitatis, & electis competere administrationem cum superintendentia Archiepiscopi ad formam Concilii c. 8. & 9. sess. 22.*

5. Nec moram faciat in eo, quod nominatio ab Universitate facienda fortè fuerit per plures annos prætermissa, & quod tam laici, quam moniales acquirerint deputationibus ab Ordinariis pro tempore de illis jure ordinario factis: Quoniam cum jus istud sive privilegium sit Universitatis, per negligentiam, & acquiescentiam particularium Civium, non poterit illi auferre talem prærogativam, quam quoties volet vindicabit, ut respondit Rot. in Majoricen. indultorum 11. Aprilis 1639. cor. Merlin. impress. apud Dian. part. 6. tract. 8. pag. mihi 210. & de qua meminit R. P. D. Zaul. in proem. observ. ad stat. Favent. num. 47. his verbis --- *insuper cum hujusmodi indultum concessum fuerit universo corpori Civium, quemadmodum expressus consensus particularium non potuisset præjudicare ipsi corpori universali, ita multo minus tacitus consensus elicitus ex illa acquiescentia poterit auferre beneficium ejusdem indulti ab aliis civibus, quibus competebar, nec illis præjudicare, ut egregie animadvertendo respondit Rot. in Majoricen. Indultorum 11. Aprilis 1639. §. ex*

alio etiam capite, adeo ut ipsis civibus permittatur tam in petitorio, quam in possessorio, nomine Communitatis agere, eorumque jura vindicare &c. & decis. 637. num. 16. & 17. coram eod. Merlino.

6. NELLE COSE TEMPORALI SOLAMENTE. Regulariter loquendo Syndici, & alii quocumque nomine Officiales laici deputati, non possunt se immiscere nisi in rebus tantum temporalibus, ut rescriptis, Sac. Congreg. in Cremonen. 28. Martii 1596. Attamen non semel ex jure reservato in fundatione, indulto, aut Testatoris dispositione, possunt habere, & de facto habent jus nominandi Puellas, ut recipiantur ad habitum, & professionem, absque eo quod possit illis opponi incapacitas, eo quia talis nominatio sapiat spiritualitatem.

7. Quia aliud est receptio ad habitum & ad professionem, aliud est nominatio, & præsentatio; nam cum hæc ultima non tribuat electæ jus irrevocabile, sed tantum revocabile arbitrio eligere, & acceptare debentium, jure residet etiam apud laicos, ut probant Tondut. quest. benef. part. 1. cap. 17. sub num. 11. Nicol. in fosc. verb. habitus n. 19. & ita declaravit quoque Sac. Congreg. referente eodem Card. Petruccio in Mutinen. 21. Julii 1690. & in Camerinen. 6. Febr. 1699. proponente Eminentiss. Card. Acciajolo, in quibus firmatur, quod laici debent manuteneri in jure, si quod habeant nominandi, & præsentandi Virgines ad professionem, & loca vacantia recipiendas, salva tamen acceptatione liberè per Capitulum Monialium facienda.

8. E VAGLIA PER . . . Syndici, sive Officiales Deputati Monasteriorum durare debent per triennium, & non ultra, Sac. Congr. in Orien. 30. Julii 1615. Immo si Episcopus animadvertat, non esse utiles, parumque propensos, & diligentes servitio, etiam durante triennio poterit eos remove, sicuti Sac. Congr. per litteras sub datum 12. Maii 1617. (quas authenticas vidi) respondit Archiepiscopo Surrentino.

9. Verumtamen si velit Episcopus ante præfinitum tempus Officiales remove prudenter id agat, & cum causa gravi:

Quia

Quia remotus ab officio praesumitur remotus propter delictum, & culpam, & ideo maximum dedecus est ab eo removeri, *cap. 7. dist. 56.* Et cum honor sit administrare, & dedecus removeri, *l. Testam. 51. ff. de manumiss. Testam. ubi glos. verb. negocio,* sequitur, quod peccetur contra iustitiam si quis ab officio ab alio, quam Episcopo collato, depellatur sine magna causa.

Licentiae ingressus in Clausuram pro Factore.

FORMULA XV.

SUMMARIUM.

- 1 Qui habet jus deputandi Officiales Monachialium, non tenetur plures pro uno officio simultanee praesentare, sed unum tantum donec Episcopus quiescat.

N. Vescovo (ò Vicar. Gener.)

Concediamo licenza da durare per . . . . à N. Fattore Deputato per il Monastero delle Monache di S. N. di poter entrare per cose precisamente necessarie, e non altrimenti, dentro la Clausura di detto Monastero, dopo levato il Sole, e dato il segno della Campanella, & accompagnato da due Monache anziane deputate: vada à drittura al luogo ove deve eseguire l'opera sua, dalla quale procuri di sbrigarfi con sollecitudine: esca sempre prima del tramontar del Sole e non parli con altre Monache, e non porti ambasciate, ò lettere, nè dentro nè fuori del Monastero, e prima di servirsi della presente dia il giuramento nelle nostre mani, ò del nostro Vic. Gen. d'osservare le cose premesse sotto le pene à nostro arbitrio. Dato &c.

N. Vescovo N. (ò Vicario Generale)

ADNOTATIO.

1 FATTORE DEPUTATO. Si Monasterium sit exemptum potest quidem Episcopus, Factorem, Medicum, & alios Officiales (qui Clausuram ingredi debent) sibi praesentatos, ex causis sibi notis respuere, & licentiam denegare: at non potest exigere, quod Monachiales, vel alii ad quos pertinet deputatio, plures simultanee nominent; quia unum tantum prima, secunda, & tertia vice donec Episcopus quiescat praesentare tenentur, sic respondit *Sacr. Cong. Episc.*

*in Pisana 10. Maii 1697. referente clar. mem. Card. Petrucci.*

Licentiae pro Villicis, & Colonis.

FORMULA XVI.

SUMMARIUM.

- 1 Villici cor habent ad versandos sulcos, & vigilia eorum in sagina Vaccarum.  
2 Licentia ingressus in Clausuram, quomodo sit danda Villicis, & Operariis necessariis.

Concediamo licenza alle Madri *Abbadessa, Vicaria, e Camerlenga* del Monastero N. di poter introdurre nella Clausura per le cose necessarie, che non possano spedirsi dalle Monache nè dal Fattore, i Cõtadini, e Coloni del Monastero, cioè in occasione, che porteranno Grano, Orzo, Vino, Legumi, Frutti, & altre robbe, che non possono introdursi per le Rote, per riporle ne luoghi destinati, sempre però coll'assistenza di due Monache anziane, avvertendo di non farli trattenere più di quello, che cõporta il bisogno, e di non darli refezione alcuna

cuna dentro il Monastero, nè occasione di far colloquii colle Monache, se non di quanto richiede la necessità della faccenda, purchè però prima d'essere introdotti nella Clausura la prima volta, habbiano dato negl'Atti della nostra Cancellaria il giuramento d'osservare le sudette condizioni, di non entrare prima del nascere del Sole, e d'uscire prima che tramonti, sotto le pene à nostro arbitrio, e la presente vaglia per ....

N. Vescovo (ò Vicario Generale) N.

## ADNOTATIONES.

1 **A**BBADESSA, VICARIA, E CAMERLENGA. Licentia pro Villicis, & Colonis, dirigitur Superiorissæ, & aliis Officialibus Monasterii, quia ita magis expedit: Cum enim Villici, & Coloni quotidie mutantur, & cor habeant fixum ad versandos sulcos, & vigilia eorum in fagina Vaccarum solum delectetur, ut dicit *Eccles.* 38. nolant hanc curam obtinendi licentiam suscipere, & si forte scripto detur, in crastinum deperdita est.

2. Pro his igitur generaliter, & innominatim, pro Operariis verò videlicet olitore, & fabris, expressis nominibus ad tres, vel quatuor menses licentiæ concedendæ sunt, & conscribendæ in libro ab Abbatissa retento, ac renovandæ bis, terque in anno, præstito prius ab omnibus ante primum ingressum juramento in Cancellaria Episcopali de servandis conditionibus in licentia contentis.

3. Formula autem licentiæ pro olitore,

& cæteris fabris necessariis, erit eadem, quæ supra data jam fuit pro factore urbano, quæ mutatis nominibus, arte, & occasione Clausuram ingrediendi poterit pro omnibus deservire. Formula verò juramenti ab unoquoque præstandi, descripta est in tit. de juram. præstand. Formul. IX.

Licentiæ pro Medico, vel Chirurgo.

## FORMULA XVII.

## SUMMARIUM.

- 1 Moniales debent habere solummodo in infirmitatibus Medicum Ordinarium.
- 2 Moniales si de licentia Episcopi utantur Medico Extraordinario, Medicinæ solvi debent à Monasterio.
- 3 Cellæ Monialium distribui debent juxta ordinem antianitatis.

**T**ibi N. Physico licentiam concedimus ad annum duraturam, ut juramento in actis nostræ Curie prius præstito de servandis conditionibus, septa Monasteriorum Monialium N. N. N. N. hujus Civitatis ingredi possis ad curandas egritudines, & infirmitates Sanctimonialium, quæ in Infirmaria communi in lecto (vel ubi ea non fuerit, in propria Cella, aut Dormitorio) detentæ, ad Crates se conferre nequeunt; jurejurando te obstringentes, ut omni honestate servata non te ingeras ullis aliis rebus quàm in iis, quæ artis tuæ præscripto exiguntur: minusque cum aliis Monialibus, Domicellis, ac feminis in Monasterio degentibus colloquaris; sed duabus ætate provectoribus Monialibus ab Abbatissa deputandis comitatus, Campanulæ signo præcedente, ortoque jam Sole ingrediaris & ante occasum (nisi aliud necessitas postulet) egrediaris, pœnis contra eos, qui Monialium Monasteria ingrediuntur absque licentia, inflictis, si secus attentaveris, omninò subjiciendus. Datum, &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

ADNO.

## ADNOTATIONES.

**A**D CURANDAS ÆGRITUDINES. Ad curandas Monialium infirmitates, an plures Medici ad contentamentum earundem sint concedendi, nec ne? Sac. Congr. in una Cathacen. super hoc interrogata 15. Febru. 1595. ad quæsitum respondit --- *Vi deve essere un Medico Ordinario per tutte le Monache, e non si deve soffrire, che ciascuna chiami il suo*: Et quod Medicus Extraordinarius non debeat concedi, nisi in aliqua gravi infirmitate, firman alia Decreta, quæ refert Nicol. flosc. verb. Medicina n. 11.

2. At si Episcopus ex aliqua rationabili, & honesta causa Extraordinarium concederet, medicamina necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à Monasterio, non autem à Monialibus, quæ opera Medici Extraordinarii usæ fuerunt, ut respondit Sac. Cong. Episc. in Comen. pro Monasterio S. Margharitæ Terræ Lucani 11. Decemb. 1699. proponente Eminentiss. Coloredo; in qua à nonnullis Monialibus prærendebatur, quod medicamina præscripta à Medico Extraordinario deberent solvi sumptibus Monialium, quæ utebantur illius opera.

3. **IN PROPRIA CELLA.** Cellæ Monialium sunt distribuendæ juxta earundem antianitatem, ut præter antiquiora Decreta, quæ refert Pignat. conf. 66. n. 10.

**C**oncedimus licentiam R. P. N. ut die .... mensis .... hora .... possit accedere ad Collocutorium Monialium N. ibique assistentibus N. Confessario Ordinario earundem, & Auscultatricibus, loqui cum Sorore N. ejus Consanguinea in secundo gradu, ad summum per duas horas, & non cum alia Moniali, licentia hæc aliàs minimè ei suffragatura. Hanc autem ipsam licentiam præfato Confessario tradi mandamus, qui illam apud se retineat, & in libro ad hoc parato in Cancellaria adnotetur: nulloque modo ipsi P. N. suffragetur si hoc anno quatuor vicibus similem facultatem jam obtinuit ad alloquendum d. Monialem. Sciatque demum si non observet has omnes condiciones se pœnis in Decreto Sac. Congr. Episc. & Regul. jussu, & approbatione Sixti V. de anno 1590. emanato, & postmodum ab Urb. VIII. de anno 1623. innovato contentis eo ipso subjacere, & arbitrio Sac. Congr. etiam severius puniendum, ac si nullam licentiam obtinisset. Datum &c.

N. Episcopus ( five Vicarius Generalis. ) N.

N. Cancellarius Episcopalis.

AD-

10. 8. iterum declaravit recenter Sac. Cong. Episc. & Regul. in Urbinat. 8. Febr. & in Januen. 5. Septemb. 1692. & 3. Julii 1693. referent. in prima clar. me. Card. Petrucc. & in secunda Eminent. Card. de Judice; in quibus associatè dormire nequaquam debent, ut Episcopum Parmen. monendo rescripsit Sac. Cong. Episc. & Regul. 22. Maii 1615.

Licentiæ pro Regularibus.

FORMULA XVIII.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus potest suo arbitrio concedere, vel denegare licentiam Regularibus in primo, & secundo gradu conjunctis alloquendi Moniales.
- 2 Conditiones contentæ in hujusmodi licentia sunt de forma, nec possunt sperni, & rejicitur Pelizar. n. 3. Regularis, qui eas non servat, peccat mortaliter, & incurrit penas &c. ib.
- 4 Regulares alloquentes sine licentia Moniales non consanguineas peccant mortaliter, quamvis loquantur de rebus licitis.
- 5 Regulares accedentes ad collocutoria sine licentia possunt ab Episcopo coerceri, etiamsi accessus non sit notorius. Immo & carcerari si actu reperiantur in fragranti ibid.
- 6 Neque licita est eis allocutio occasionalis.

## ADNOTATIONES.

I. **CONCEDIAMO LICENTIA.**

Est in facultate Episcopi licentiam hanc Regularibus concedere, vel denegare, ut valeant cum Monialibus in primo, & secundo gradu consanguinitatis conjunctis alloqui, ut patet ex Decreto Urbani VIII. quod per extensum refert Tambur. *de jure Abbatiss. disput. 15. qu. 3. n. 1.* ibi -- *Facultatem tribuerunt impofterum locorum Ordinariis, ut quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire licentiam concedere possint.*

2. **HORA . . . . . IBIQUE ASSISTENTIBUS CONFESSARIO, ET AUSCULTATRICIBUS.** Et si conditiones hujusmodi in licentia contentæ sint de forma, à qua nec latum unguem recedi non possit, ut Decret. Urbani determinat his verbis -- *Non aliter quam servata forma ad unguem infra scripta, &c.* Nihilominus quia hæc prohibitio tangit Regulares, eorum Authores in fausto probabilitatis præsidio freti asserunt, quod horæ, dieique certæ determinatio, assistentia Auscultatricum, & Confessarii (pro forma, ut jam dixi, in Decreto præscriptæ) sint conditiones levioris momenti, ubicumque non servari, & quod tandem ex illarum omissione licentia non fiat irrita, ex quo (ut ipsi ajunt) forma in modico lædatur: ita cum P. Diana (quem socium in hac laxa propositione sibi assumit) & aliis asseclis docet Peliz. *de Monialib. c. 10. n. 20. ad v. 3. & seq.*

3. Falsa tamen, & malè sonans est talis propositio, adeò ut meruerit pro ea, aliisque in opere laxis propositionibus contentis Pelizar. subire censuram librorum proscriptorum donec corrigatur. Quia Regularis, qui conditiones licentiæ non servat, & sine assistentia Confessarii (etiam quia noluit assistere) & auscultatricum colloquitur, peccat mortaliter, & privationem vocis actiue, & passivæ ipso facto incurrit, à qua rehabilitari non potest à suis Superioribus, quamvis non loquatur ad malum finem, & decisum refert Nicol. *in flosc. verb. accessus n. 1. 2. & 7.*

4. **AD SUMMUM PER DUAS HORAS, ET NON CUM ALIA MONIA-**

**LI.** Item iidem Regularium Authores etiam circa tempus, & personam Monialis syllogizant, docentque quod ad breve tempus etiam sine licentiâ possint Religiosi accedere ad colloquendum cum Monialibus de rebus licitis; atque seclusis scandalis, & mali finis circumstantiis, urbanitatis gratia, etiam cum alia Moniali non consanguinea absque culpa, quos refert Tambur. *de jure Abbatiss. disput. 15. qu. 5. n. 4.* & sequitur Peliz. *ubi supra ad v. 6.* sed hos iterum reprobavit Sac. Cong. Concilii publico Decr. 11. Maii 1669. per Clementem IX. approbatum, impressum apud Chrisp. *de visitat. part. 1. §. 16. post n. 10.* quo declaratum fuit tales Regulares ad praxim hujusmodi doctrinam reducetes reos esse lethalis culpæ, quantumvis ad breve tempus colloquantur.

5. **SEVERIUS PUNIENDUM.** Regulares igitur, qui Decreta super illorum accessu ad Moniales non servant, præter poenas spirituales inflictas, possunt etiam aliis penis coerceri, & contra eos Episcopus per inquisitionem procedere, quamvis accessus non sit notorius, nec cum populi scandalo, servata forma Concilii sess. 6. c. 3. *de Reform. & sess. 25. c. 5. de Regul. & declaravit Sac. ejusdem Congr. in responsione ad 13. dubium post Bullam Gregor. XV. inscrutabili apud Laur. de Franc. contr. par. 1. num. 554.* & nuper in *Nocerina 5. Maii 1696.* Et si in actu colloquendi cum quibuscumque Monialibus sine licentiâ reperiantur, carcerantur, & Superioribus consignantur ut illos puniant, & de punitione Sac. Congr. & Ordinarium certiores, ut mandavit Sac. Cong. Episcoporum, & Regularium in *Faventina 7. Martii 1617.*

6. Neque eis sine licentiâ, licita erit allocutio, quamvis occasionalis, & quæ ex aliqua causa rationabili contingeret: Quicquid dixerint Diana, Pellizar, & alii Authores Regulares, quia illorum doctrina rejecta fuit per aliud Decret. Sac. Congr. Concilii in *Spolejana 26. Novembr. 1672.* & iterum declaratum, Regulares peccare mortaliter, si accedant absque licentiâ, etiam si ex rationabili causa, ut patet ex Decreto, quod datur per extensum in Appendice hujus Operis.

Licentia pro Laicis ad colloquendum.

FORMULA XIX.

SUMMARIUM.

- 1 Licentia alloquendi Moniales concedenda est cum conditione, quod debeant assistere Auscultatrices.
- 2 Præter licentiam Ordinarii requiritur venia Abbatissæ.
- 3 Licentia alloquendi Moniales non debet denegari conjunctis in primo, & secundo gradu, nisi tempore jejuniarum, & num. 4.

- 5 Consanguineis in primo, & secundo gradu conjunctis abutentibus licentia, potest licentia denegari.
- 6 Edicta Episcoporum prohibentia accessum ad collocutoria Monialium comprehendunt cæteros, & exemptos.
- 7 Publicatio Edictorum hujusmodi fieri potest à solo Episcopo, etiam pro Monasteriis Regularibus subjectis, quibus licentia alloquendi subscribitur ab Episcopo, & Superiore conjunctim, & num. 8.
- 9 In Monasteriis exemptis pro conjunctis in primo, & secundo gradu sufficit licentia Superioris Prælati.

**S**I concede licenza à N. d'andare al Monastero di S.N. & al Parlatorio publico parlare con Suor .... coll'assistenza delle Ascoltatrici, e licenza della Madre Abbadessa, purchè non sia in giorno di communione, nè in ora de' Divini Officii, nè di Quadragesima, nè d'Avvento, e la presente resti in mano della Superiora, e vaglia per .... Dato &c.

N. Vescovo N. (ò Vicar. Gener.)

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

1 **C**OLL'ASSISTENZA DELLE ASCOLTATRICI. Hæc conditio apponitur in licentia, quia ita mandant Decreta generalia jussu Clem. VIII. edita de anno 1603. nec omittendam moment Decreta generalia edita à Sac. Cong. Episc. & Regul. pro reformatione Monasteriorum Monialium Regni Neapolis de anno 1592. c. 9. quæ per extensum refert Quarant. in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium, ac habetur injunctum in Decretis reformationis pro Monialibus Diocesis Montis Falisci apud Pignat. conf. 85. n. 171. tom. 6. relatis: & omnino adhibendam esse collaudat modernus Episcopus Chrisp. de Visit. part. 2. §. 42. n. 60.

2. **E** LICENZA DELLA MADRE ABBADESSA. Quia præter licentiam Ordinarii, exigitur venia propriæ Abbatissæ pro observantia regulari, ut advertit Tambur. de jur. Abbatiss. disp. 26. quæst. 2. post n. 3. & præscribunt Decreta

ut suprâ relata à Quarant. dicto cap. 9.  
3. **NE DI QUADRAGESIMA, NE D'AVVENTO.** Quamvis conjunctis in primo, & secundo gradu non possit regulariter loquendo, licentia ab Episcopo denegari, etiam si sint Ecclesiastici, ut rescripsit Sac. Cong. Episc. Eugubino 16. Septembris 1596. & novissimè declaravit in Favent. moderationis Edict. 10. Junii 1695. & in Trojana 14. Novembr. 1698. & sequuta est Sac. Congr. Concil. Deputata pro moderatione Synodi Vigilien. 20. Maii 1699. in responsione ad XXIII. Nihilominus tempore Quadragesimæ, & Adventus etiam his potest prohiberi, ut patet ex Decreto relato à Gavant. verb. Monialium collocutio n. 7. & admittunt Decreta mox relata.  
4. Dixi regulariter loquendo; nam datur aliquando casus, in quo Episcopus justè denegat etiam conjunctis in primo, vel secundo gradu licentiam alloquendi, utpotè quia abutantur licentia: Tunc enim si absque ea colloquerentur, non obstante prohibitione, possent

ab Episcopo puniri, ut declaravit Sac. Congregat. Episcop. in Melpbiten. 23. Januarii 1693. in qua fuerunt validæ declaratæ censuræ latæ per Vicarium Capitularem contra Canonicum Andreolam, qui contra prohibitionem Edicti accesserat ad colloquendum sine licentia cum Moniali fore germana.

5. At quia casus huiusmodi rarò continget, Episcopi in Edicto super accessu ad Monialium collocutoria debent illos exceptuare, dando eis facultatem, quod semel, vel bis in mense, exceptis temporibus prohibitis, possint alloqui absque alia licentia cum Monialibus in primo, & secundo gradu conjunctis tantum, & dummodò collocutorio, & licentia non abutantur, prout concèditur à Sac. Congregatione in suprà allegatis Decretis.

6. Edicta autem, quibus prohibetur accessus ad collocutoria monialium, comprehendit etiam externos, & exemptos, qui si accedant sine licentia Episcopi, aut illius Vicarii ad colloquendum, possunt ab eodem puniri, quia delinquant in suo Territorio, Nicol. in fosc. verb. accessus n. 5.

7. Publicatio verò Edicti à solo Episcopo etiam pro Monasteriis Regularibus subjectis fieri debet: Sicuti licentiæ conjunctim cum Superiori Regulari, cui Moniales subiciuntur, subiciuntur; ità disponentibus Decretis Sac. Congreg. nempe in generali per viam legis emanato 24. Augusti 1594. his verbis--*Essendo le persone secolari più conosciute da i loro Prelati Ordinarii, che da Religiosi di qualsivoglia ordine, per abondare in cautela, questi miei Signori qui della Congregatione hanno risoluto, che per l' avvenire non si habbia d' ammettere persona alcuna à parlare alle Monache, ne tampoco dentro la Clausura d' essi Monasterii soggetti a' Regulari, senza licentia espressa in scritto degli Ordinarii de' luoghi, oltre à quella si dovrà perciò ottenere dalli Superiori Regulari, non ostante qualunque legge, statuto, ò consuetudine di tempo immemorabile incontrario, con ordine che io debba avertire la P. V. acciò lo significhi al P. Generale, & à tutti li Provinciali, perche facciano osservare in ogni luogo conforme alla suddetta resolutione, senza eccezione alcuna, onde non manchi d' eseguire con ogni*

Monacelli Form. Pars I.

sollecitudine, & il Signore la preservi, Roma 24. Agosto 1594.

8. Et in alio edito in Camerinen. 7. Martii 1617. sic estenso--*Sac. Congreg. ut controversis, quæ inter Episcopum Camerinen. & Superiores Regulares exorta sunt, finis imponatur, censuit, facultatem concedendi personis secularibus licentiam alloquendi Moniales eisdem Regularibus subjectas in Civitate quidem Camerinen. ad Episcopum, sive ejus Vicarium Generalem, ac Superiorem Regularem, cui Moniales ipsæ subjectæ sunt, conjunctim, itaut idem Episcopus, seu ejus Vicarius primo loco subscribat, per Diocesim verò non ad Vicarium Foraneum, sed ab eodem Episcopo ad id deputando, necnon ad Superiorem Regularem, qui priori loco subscribat, conjunctim pariter spectare, idemque quoad licentiam eorum, quibus ordinariè septa Monasteriorum earundem Monialium ingredi necesse est, servandum esse, repentinis tamen casibus extremæ necessitatis exceptis, in quibus licentia unius eorum subscriptione roborata sufficiat. Edicta verò, quibus personis secularibus ad eadem Monasteria Monialium accessus prohibetur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda esse decrevit. Quod declaravit etiam Sac. Congreg. Concil. in Hieracen. Visitationis 26. Januarii 1692. in responsione ad 13.*

9. At si licentia alloquendi in Monasteriis Regularibus subjectis esset danda conjunctis in primo, vel secundo gradu tunc sufficeret subscriptio Superioris Regularis, aut alterius Prælati, cui Moniales subiciuntur, juxtà declarationes Sac. Congregat. Episcop. & Regular. quas refert Pignat. consil. 85. num. 137. & num. 202. tom. 6.

Licentiæ pro Famulis consanguineorum, aliisque personis.

FORMULA XX.

SUMMARIUM.

1 Licentia pro Famulis, aliisque personis necessitatem habentibus alloquendi

cum Monialibus conceditur generalis.  
2 Famuli, & Famulæ Monialium nullum habent privilegium sumendi Sacramenta, neque sepulturam eligendi in Ecclesia Monialium, sed subjiciuntur Parocho, sicut cæteri Parochiani.  
3 An Moniales possint licitè retinere, & expendere livellos, adducuntur DD. Sententiæ, & n. 4. 5. & 6.

**S**i concede licenza alle RR. Monache del Monastero N. che alla Rota, e Gratedel Parlatorio commune, e coll'assistenza d'una delle Ascoltatrici, possano quando saranno chiamate, (& essendo impedito, di loro commissione le Portinare, e Rotare) parlare colle serve, e servitori de' loro parenti in primo, e secondo grado, che porteranno à nome di quelli, elemosine, ò doni in generale, e particolare.

Parimente si concede licenza alle Portinare, e Rotare di parlare nello stesso luogo, per servizio del Monasterio, quando gli occorrerà, con il Fattore, & altri Serventi del Monastero.

Alla Maestra deputata sovra i lavori del Monastero, coll'assistenza, come sopra, di parlare col Mercante, ò persona, che gli haverà commessi, & ordinati, quando la commissione non sia sospetta, ò finta.

Alla Priora, e Camerlenghe di parlare in assenza della Madre Abbadessa, e con essa insieme, al Procuratore, & Avvocato del Monastero per gl'interessi del medesimo, sicome con i Debitori, & Affittuarii del Monastero solamente; e vaglia per ..... Dato &c.

N. Vescovo N. (o Vicario Generale)

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

1 **S**I CONCEDE LICENZA. Hęc licentia generalis pro Famulis consanguineorum, aliisque personis, quarum allocutio frequens, & inevitabilis est, debet unicuique Monasterio ad tempus concedi pro serenitate conscientie tum Monialium, tum accedentium: Si quis autem eorum licentia abuteretur, tunc Episcopus utatur jure suo puniendo transgressores, Peliz. de monial. c. 5. sess. 5. n. 213.

2. **ET ALTRI SERVENTI DEL MONASTERO.** Famuli, Famulæque quæ inserviunt Monasteriis Monialium, quamvis exemptarum, nullum habent privilegium, sed sicuti cæteri alii Paro-

chiani tenentur implere præceptum Paschale in Ecclesia Parochiali, in qua alibi sepultura non electa, debent quoque sepeliri: Parochoque spectat eisdem, dum detinentur infirmi, Sacramenta ministrare, & ad sepulchrum eisdem associare, non autem ad Confessarium Monialium, ut respondit Sac. Cong. Conc. in una Lodien. 14. April. 1685. & in alia Spoletana 19. Aprilis 1691. inter Famulas Monialium S. Matthæi Congregationis Lateranen. quæ habitabant in Domo extructa intrà Cortile, sive Atrium Monasterii, & Parochum S. Martini, intrà cujus Parochiæ limites Monasterium existit.

3. **CON I DEBITORI.** Inter Debitorum Monasterii connumerantur ii, qui

qui solvere tenentur, livellos Monialibus particularibus, quia nomine Monasterii retinentur, & exiguntur. An autem hos exigere, expendere, & in proprios usus licitos convertere possint ipsæ Moniales quarum nomine solvuntur? quæstio est non modica inter Casuistas, & Theologos Morales: Aliqui enim quos allegat, & sequitur Barbof. *de Offic. & Potest. Episcop. allegat.* 103. n. 11. & *suprà Conc. sess. 25. de Regul. cap. 2. nu. 13.* supposita licentia superioris tenent affirmativam, & his sociatur Pelizar. *de Monial. cap. 4. n. 3.*

4. Alii verò articulum magis solidè examinando dicunt, quod ad hoc, ut Moniales possint licitè livellos retinere, & expendere, debent concurrere quinque conditiones seu circumstantiæ. Scilicet prima, quod habeant dependenter à voluntate Superioris. Secunda, ut sint paratè peculium consignare ad nutum ejusdem Superioris. Tertia, ut pecunias convertant in licitos, & pios usus, & decentes eorum statui. Quarta, quod non sit peculium superfluum. Quinta, quod sit penes depositarium, sic probant Donat. *prax. rer. Regul. tom. 4. tra. 9. 14. de Vol. paupert. q. 11. & q. 19. & alii cum eo.*

5. Alii denique tenent, quod in illis Monasteriis, in quibus servatur vita communis, vel de facili ob abundantiam reddituum introduci, & servari potest, non liceat Monialibus livellos retinere, neque ad nutum Superioris, & hanc sententiam tuetur Fagnan. *in cap. Monachi à n. 59. usque ad fin. de stat. Monachorum*, cui sententiæ subscribo, quia in his cessat motum carentiæ rerum ad vitam sustentandam necessarium, cujus intuitu, & respectu, usus livellorum toleratur, tunc enim Moniales cum habeant omnia necessaria, si livellos exigent, & expendent, essent veræ proprietariæ, non obstante Superioris dispensatione.

6. Caterùm in aliis Monasteriis, in quibus ob carentiam reddituum vita com-

munis non servatur, nec potest introduci, & indigentis Monialium Monasterium non supplet, nec ob ejus paupertatem supplere potest, theorica Donati pro secunda sententia citati, poterit tutè practicari, & tolerari, prout tolerari posse declaravit *Sac. Congreg. in una Cæsatenen.* pro monasterio S. Claræ illius Civitatis, rescribendo sub die 12. Martii 1693. *in obsequium Card. DenKoff*, tunc Episcopi, vitam communem desiderantis, *Ad mentem: referente Eminentissimo Card. Acciajolo*, & mens fuit, quod circa vitam perfectè communem nihil esset innovandum: Illud enim impossibile dicitur, quod commodè fieri non potest, *Glof. in cap. Catinensis Ecclesiæ verb. impossibile dist. 61.* & illud possumus, quod commodè possumus, *Fagnan. in cap. Ad audientiam n. 2. de Eccles. adific. & fufius dicam in Appendice ad Constit. Clem. VIII.*

Licentiæ pro celebratione festivitatis S. Titularis.

FORMULA XXI.

SUMMARIUM.

- 1 Licentia celebrandi festivitatem Sancti Titularis Ecclesiæ non potest, nec debet ab Episcopo prohiberi Monialibus, & n. 2.
- 3 Ornamenta Ecclesiæ non debent esse prophana.
- 4 Cantus figuratus Musicorum exterorum prohibetur in Ecclesiis Monialium.
- 5 In Ecclesia debent cani Antiphonæ, & Versiculi sacra Scriptura.
- 6 In Ecclesiis Monialium non debent misceri sacra prophanis, & afferuntur Decreta Apostolica, & num. 7. & 8.
- 9 Moniales non veniunt nomine Monachorum.

SI concede licenza alla Madre N. Abbadessa, & altre Monache del Monastero N. di poter celebrare con solennità la Festa di S. N. Titolare della loro Chiesa, che farà li..... con primi, e secondi Vespri, e di ornare la Chiesa, e gli Altari con apparati, & ornamenti modesti, divoti, e non profani, e di far

cantare la Messa solenne parata con Diacono, e Suddiacono, purchè non vi sia canto figurato di Musici, mà solo canto fermo Gregoriano, e le Antifone, e Motetti, che si canteranno dalle Monache con Organo, siano della Sacra Scrittura, ò dell'Officio del Santo: Sicome di far celebrare in tal giorno in detta Chiesa quel numero di Messe basse, che sarà sufficiente per sodisfare alla loro divotione, e del popolo: Non si sparino però Mortaletti, Moschetti, nè Archibugi. Non si distribuiscano fiori, nè mazzetti, e non si faccia in Chiesa, nè nel Parlatorio cosa, che non convenga alla modestia, e pietà Religiosa: E finalmente ordiniamo, che la funzione della mattina sia terminata all' hora del mezzo giorno, & i primi, e secondi Vespri prima del tramontar del Sole, sotto le pene à nostro arbitrio. Dato, &c.

N. Vescovo (ò Vicar. Gener.)

N. Cancelliere.

ADNOTATIONES.

1. **D**I S. N. TITOLARE. Pro celebranda festiuitate Titularis Ecclesiæ monialium, sufficit, quod licentia concedatur ab Episcopo oretens; non enim necessaria est scriptura. At quia Ordinarius scire debet, quæ permittenda sunt, & quæ prohibenda, ideo ponitur hic Formula in scriptis, cum Adnotationibus pro animi instructione.

2. Dies igitur Festus Titularis quoties modestè, & sine abusu celebretur, non potest monialibus prohiberi, ne illum solemnizent, ut respondit Sac. Congr. Concilii in Hyeracen. visitationis 26. Januarii 1692. in responsione ad 11.

3. **E NON PROFANI.** In ornandis Ecclesiis semper cavendum est, ne ornamenta, siue picturæ sint prophana, sed sacra, ut disponunt Cæremon. Episc. libr. 2. cap. 33. & Ritual. Roman. Biss. Hierurg. litt. E. §. 6. num. 8.

4. **CANTO FIGURATO DI MUSICI.** Cantus figuratus exterorum sæcularium non permittitur in Ecclesiis monialium, ita prohibentibus Decretis generalibus Sac. Cong. Episc. & Regul. sub Greg. XIII. editis Decreto 26. quæ referuntur à Pigna. conf. 85. n. 78. & 98. i. 6. aliisque resolutionibus ejusdem Cong. posterioribus apud Gavant. Man. Episc. verb. Monialium communes leges in addit. n. 6. Chrispin. de visit. p. 2. §. 42. n. 28

5. **SIANO DELLA SACRA SCRIT-**

**TURA.** Quia hic modus orandi, & laudandi Deum extollit, & exaltat Ecclesia Catholica, nec à recta ratione est alienus; sicut evenit quando aliquid aliud cantu figurato canitur ad demulcendas aures potius, quàm ad excitandam devotionem; tunc enim pervertitur finis institutionis sacre psalmodiæ ab Ecclesia ritè, & debitè voluntæ, ut habetur in Extravag. 1. de vit. & honestat. Cler. & jam dixi suprâ ad Formul. 8. n. 18. tit. de Edict.

6. **COSA, CHE NON CONVENGA ALLA MODESTIA, E PIETA' RELIGIOSA.** Quippè non decet Virginibus Deo sacris, commemorationem Sanctorum celebrantibus, prophanis actionibus Divinas miscere: Et ideo Papa Alexander VII. omnia hæc, quæ hic in Formula fieri prohibentur, vetuit sua Constitutione monialibus Urbis, quæ impressa legitur in Bullar. novo 10. 6. const. 40. sub pœnis Superiorissus suspensionis ab officio, aliisque monialibus, & Officialibus contravenientibus privationis vocis active, & passive ipso facto incurrendis.

7. Quod & rigidius innovavit Sac. Congreg. Episcop. jussu san. mem. Innocent. XI. pro monialibus Neapolis, rescribendo illius Archiepiscopo Cardinali Caracciolo, prout sequitur -- Sino sotto li 22. Gennaro 1677. la Santità di N. S. ordinò à V. E. che in suo nome, e con l'autorità, che à tal effetto se li communicava, non permettesse, ma espressamente proibisse il fare avanti nelle Chiese, e funzioni

de Regulari, e di Monache, anco esenti di qualsivoglia specie d'esenzione, quantunque ampla, speciale, e privilegiata, senza eccezione alcuna di persone di qualunque stato, grado, e dignità, benché fosse necessario di farne special menzione: E che le medesime Chiese si dovessero chiudere affatto all'Ave Maria, & anco per qualche spatio di tempo avanti, in modo, che dopo l'Ave Maria non vi sia ingresso, ò dimora di qualunque persona sotto pena di scomunica lata sententia ipso facto incurrenda riservata a sua Santità, & à V. E. solamente, sicché niun privilegio, o facoltà quantunque amplo, & amplissimo, e degno di special menzione suffragasse: Et anco a' Superiori Regulari dell'uno, e dell'altro sesso, della privazione dell'officio, e della voce attiva, e passiva, con facoltà ancora di porre l'interdetto delle medesime Chiese, e di prendere altre provvisioni, che all'E. V. pareessero opportune. E perché hora alcuni Regulari sotto frivoli pretesti pretendono di non esser compresi nella sudetta proibitione, sua Santità rinnovando la medesima, circa l'invito de' Secolari nell'accennate funzioni, e rinvocando qualsivoglia Indulto concesso à qualsivoglia ordine, benché esente di qualsivoglia esenzione, mi hà comandato di scrivere à V. E. che contro li Trasgressori si compiacia di procedere alle pene contenute nella predetta lettera delli 22. Genaro 1677. lo significo à V. E. e le bacio per fine unilmente le mani. Roma 20. Settembre 1683. Umiliss. & affectionatiss. Servitore G. Card. Carpegna. B. Panciatici Secretario.

8 Quatenus verò Moniales etiam exemptæ prohibitionem Episcopi contemnerent, nec alio modo ad obediendum disponi possent, utique earum Ecclesia interdicto subijci valeret, ut eadem Sac. Congregat. Episcop. respondit in Neapolitana 21. Junii 1697. referente Card. Cavallerino, cujus causæ dubia sic proponebantur.

I. An Eminentiss. Archiepiscopus possit subijcere interdicto Ecclesiam Monialium Prælati Regulari subiectarum?

II. An Prælati Regularis possit apponere interdictum Ecclesie Monialium sibi subiectarum, & quatenus negativè.

III. An Prælati Regularis dicatur usur-Monacelli Form. Pars I.

passé jurisdictionem Episcopi?

IV. An possit per Ordinarium declarari incursum in Censuras?

V. An, & quando sit puniendus Prælati Regularis, & ceteri complices pro excessibus?

Sacra Congregatio &c. respondendum censuit, ut infra, videlicet.

Ad primum; Affirmativè in casu, de quo agitur.

ad secundum; Interdictum appositum ab Abbate Sancti Petri ad Aram non sustineri.

Ad reliqua verò Dubia juxta mentem.

9 Et hic nota, quod Moniales non veniunt nomine Monachorum, nec gaudent privilegiis Monachis concessis, quamvis sint ejusdem Ordinis, Rota dec. 48. num. 8. coram Zarat.

### Admonitionis pro electione Abbatissæ.

#### FORMULA XXII

#### SUMMARIUM.

- 1 Officium Abbatissatus in Italia est triennale.
- 2 Abbatissa est eligenda à Monialibus, & ab Episcopo confirmanda.
- 3 Episcopus in casu discordiæ eligentium quomodo se gerere debeat, n. 4.
- 5 Electio Abbatissæ facta à majori parte Capituli est Canonica.
- 6 Nisi aliud Constitutiones Ordinis non disponant.
- 7 Electio Abbatissæ potest fieri per compromissum, & inspirationem.
- 8 Quomodo perficiatur electio Abbatissæ per viam accessus, & n. 9.
- 10 Abbatissa canonicè electa potest administrare ante obtentam confirmationem ab Episcopo.
- 11 Abbatissæ officium expirato triennio non potest ab Episcopo prorogari. Præsentia terminato officio Abbatissæ datur seniori, ibid.
- 12 Abbatissa confirmata pro secundo triennio ex gratia Sac. Congreg. non potest

Y 3

- potest à Monialibus iterum eligi sine nova dispensatione .
- 13 Monialis illegittima an possit eligi in Abbatiſſam, referuntur Decreta opposita .
- 14 Suffragia Monialium nullo modo debent publicari, aliàs electio esset nulla .
- 15 Quælibet Monialis Choralis professa, habet jus suffragandi in electione Abbatiſſæ .
- 16 Moniales Conversæ de consuetudine admittuntur ad suffragandum .
- 17 Quæ sint practicæ vetitæ in sollicitandis votibus .
- 18 Quæ dicantur Moniales ineligibiles ad officium Abbatiſſatus .
- 19 Moniales possunt validè voci renunciare .
- 20 Monialis, quæ voci renunciavit, potest re integra ante electionem Abbatiſſæ vocem reassumere, & debet ad votandum admitti .
- 21 Abbatiſſa non potest sine peccato electioni renunciare quoties equè idonea, quæ eligi possit, non adsit .
- 22 Renunciatio vocis quoties præjudicat bono communi non fit sine culpa .
- 23 Mulier corrupta non potest eligi in Abbatiſſam sine dispensatione Apostolica .
- 24 Episcopo, qui asserit publicato scrutinio electam fuisse A. non creditur, si Moniales dicant B.
- 25 Electio Abbatiſſæ est valida, licet reperiantur in scrutinio plures sbedule, quàm sint vocales, quando demptis superfluis remanet major pars .
- 26 Moniales eligentes indignam non privantur voce .
- 27 Vota Monialium dubia, vel conditionata nulla sunt .
- 28 Vota Monialium quando dicantur inutilia .
- 29 Episcopus ante Abbatiſſæ electionem potest Moniales præmonere, & de delictis paternaliter inquirere, & n. 30. Moniales tenentur delicta, quæ præjudicant bono Communitatis, revelare, ibid.
- 31 Minor pars Capituli nunquam validè eligit, nisi in casu quo major pars scienter eligeret indignam .
- 32 Electio, quæ cassari debet vitio persone electæ, non fit sine citatione; si verò irritetur ob non servatam legem, proceditur ad novam electionem absque citatione electæ .
- 33 Episcopus tanquam Præses potest inquirere super legitimatione vocalium .
- 34 Episcopus cognoscit de defectibus electæ antequam confirmationem concedat .

## Alle Reverende Madri del Monastero N.

ESsendo terminato il triennio dell' Abbadeſſato della Rev. Madre N. e dovendosi perciò venire all' elezzione della nuova Abbadeſſa di cotesto Monastero il giorno di . . . . esortiamo nel Signore tutte le Reverende Monache Choralis Professe à prepararsi à quest' importante attione, con orationi, & opere sante, accioche S. D. M. ispiri loro la persona più atta à tal carica; e se mai (il che Dio non voglia) vi fosse qualch'una, ò più di loro, che facesse pratiche illecite, e maneggi vietati dalla Regola, Constitutioni dell'Ordine, e de' Sacri Canonì, e Constitutioni Apostoliche, per guadagnar Voti, e partito per se stessa, ò per altre; ò pure vi fosse alcuna, che per altra causa, e difetto si trovasse incorsa nella scomunica, o nella privatione di voce attiva, e passiva, chi di loro lo saprà, ò inteso dire per fama, dovrà per carità, e precetto di santa ubbidienza rivelarlo à noi, accioche possiamo prima dell' elezzione riconoscere i voti legitimi, ed escludere le incapaci. Volendo che la presente sia affissa alla porta del Coro. Dato &c.

N. Vescovo N.

N. Cancelliere.

AD-

## ADNOTATIONES.

1. **IL TRIENNIO.** Officium Abbatissatus intra Italiam juxta dispositionem Bullæ Greg. XIII. impressa in Bull. novo tom. 2. in ordine la 80. est triennale: Sed ex hoc non sequitur, quod non possit esse annale, sicuti ex legitima consuetudine, aut Constitutione Monasterii in aliquibus Provinciis adhuc servatur, ut respondit *Sacr. Congr. Episc. in Panormitana* 26. Aprilis 1594. & 18. Septembris 1595. in *Aranien.*
2. **ALL' ELEZIONE.** Abbatissa est eligenda à Monialibus, & ab Episcopo confirmanda, *cap. indemnitatibus de elect. in 6.* Pasqual. ad Laur. de Franch. p. 1. n. 665. Lantusch. *Theatr. Regul. verb. Abbatissa.* Et quamvis Moniales in eligendo non concordent, adhuc nec Episcopus, nec alius Superior potest suffragium ferre, Pasqual. & Lantusch. *ibid.* Peliz. de *Monialibus cap. 10. n. 106.*
3. Sed in casu discordiæ debet Superior præfigere terminum, in quo Moniales concordent: quod si eo elapso, adhuc non convenient, tunc Ordinarius nominat Monialem habentem requisita Concilii, quam judicaverit magis idoneam, & in Abbatissam eligit, ut docent mox citati, & sequitur Tambur. *de jure Abbatiss. disp. 28. q. 6. n. 5. Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in Melphit. Electionis Abbatissæ* 3. Augusti 1696. in qua cum ob scissuram suffragiorum duæ fuissent electæ, rescripsit -- *neutræ electionem sustineri, & Episcopus procedat ad novam canonicam electionem præfigendo terminum, & ad mentem:* Mens fuit quod quatenus nova electio non fieret sine scissura suffragiorum, ut antea, Episcopus eligeret Monialem sibi benevisam, exclusis electis in invalido scrutinio, referente Eminentissimo Card. de Abdua.
4. Si autem vota essent paria, deberet fieri novum scrutinium, & data paritate per duas vicès, tunc præferenda, & gratificanda esset antiquior in professione, ut decisum refert Nicol. *in flosc. verb. Electio num. 12.*
5. Electio autem Abbatissæ tunc de jure communi dicitur canonica, & valida

quoties major pars Capituli Monialium concurrat, ut habetur in *cap. Quia propter de elect. Pasqual. ubi supra n. 686. Peliz. de Monial. dict. cap. 10. n. 100. Donat. de Reg. tom. 4. tract. 6. de elect. Abbatiss. q. 7. n. 2. & seqq. Passerin. de elect. cap. 4. n. 5. Sac. Cong. Episc. in Balneoregion. 15. Septembris, & 24. Novembris 1690.*

6 Nisi ageretur de electione Abbatissæ Ordinis Cassinensium, in quo ut Canonica dicatur electio, duæ ex tribus partibus suffragiorum debent concurrere, ut declaravit *Sacr. Congr. super statu Regularium* 3. Decemb. 1676. & *Sacr. Congr. Episc. in Jamuen. 6. Martii* referente Eminentissimo Card. Tanara, & 20. Junii 1698. in *Capuana* proponente *clar. mem. Card. Petrucci.*

7 Notandum præterea est, quod licet Concil. Trident. det formam eligendi per scrutinium, ut in *cap. 6. sess. 25. de Regul.* non tamen per hoc censetur ablata Monialibus facultas procedendi ad electionem per compromissum, vel per inspirationem; prout de jure possunt, *cap. causam & cap. indemnitatibus de elect. in 6.* Adeo ut etiam hodiè unanimi consensu possint in Episcopum, vel aliam personam Ecclesiasticam quæ notitiam habeat Monialium compromittere, ut idoneam Abbatissam constituat: vel presente Episcopo, sive ejus Delegato pro electione facienda unanimi consensu, ac voce Abbatissam eligere, ut probat Pirhing. *in jus can. lib. 1. tit. 6. sect. 8. §. 7. n. 309. in fin.*

8. Item quod electio Abbatissæ potest perfi per viam accessus, quando ex vi Constitutionum Ordinis, aut legitimæ consuetudinis, electio fieri debet à duabus ex tribus partibus Capituli: tunc etenim si aperto scrutinio electio non reperitur conclusa, Moniales per accessum concurrere valent in eam, quæ habuit majorem partem Capituli, hoc est ultra medietatem suffragiorum, Passer. *de elect. cap. 4. n. 38. Pirhing. in jus can. tom. 1. tit. 6. sect. 8. §. 7. num. 411.*

9 Si verò nulla ex Monialibus numerum suffragiorum ultra medietatem non habuisset, tunc per accessum electio validari, seu ratificari, ac perfi non posset, ut patet ex *Textu in cap. Indemnitatibus §. Sanè vers. si autem de elect. in 6.*

ubi glos. & DD. Et sic te monitum hic volo, quod electio per accessum valide perficitur, quando duæ ex tribus partibus in scrutinio debent concurrere, & non elegit, nisi major pars, non autem quando juxta juris communis dispositionem sola major elegit pars, ne deceptus merearis reprehendi, ut accidit Vicario Generali Sanctæ Agathæ Gothorum, qui cum confirmasset Abbatissam electam, quæ in scrutinio majorem partem suffragiorum de jure requisitam non habuerat, sed per accessum, *Sac. Congr. Episc. 14. Junii 1697. dubio proposito super validitate electionis, & confirmationis, respondit -- deveniendum ad novam electionem Abbatissæ Præsidente Eminentiss. Metropolitanæ, vel ejus Delegato.*

10. Item quod conclusa electione, quamvis Abbatissa debeat ab Episcopo confirmari, & quamprimum publicari (nisi causæ urgentes contrarium non suadeant,) adhuc potest ante confirmationem administrare juxta dispositionem citati *Text. in cap. indemnitate s. Si qua verò de elect. in 6. & declaravit Sac. Cong. in Mazarien. 18. Martii 1700. referente Eminentissimo Card. Colloredo.*

11. Item quod expirato triennio officium Abbatissæ non potest ab Episcopo prorogari, neque libertas electionis Monialibus impediri, nec eam sub nomine Vicariæ gubernio præficere duraturæ usque ad novam electionem: Quia tunc præfidentia etiam in casu dimissionis officii usque ad electionem novæ Abbatissæ datur seniori, *Tamb. de jur. Abbatiss. disp. 30. qu. 1. nu. 12. Sac. Congr. Episc. in Adriem. 20. Februarii 1613. & in dict. Mazarien. in responsione ad primum.*

12. Item quod Abbatissa confirmata pro secundo triennio ex gratia Sac. Congr. non potest iterum eligi à Monialibus ad tertium triennium sine nova dispensatione: Quia gratia concedit quidem, quod de jure non potest haberi, sed non alterat naturam rei concessæ, & ideo cum munus Abbatissarum de jure requirat expleto triennio vacationem ab officio, cum conceditur pro tempore, in quo non potest conferri, censetur concessum absque alteratione suæ naturæ, & hanc sententiam tenet Pasqual. *ad contr. ad Franc. par. 1.*

num. 717. quam sequuta est *Sac. Congr. Deputata ab Innoc. XII. pro causis Congregationis Cassinensium 26. Februarii 1694. in responsione ad quintum dubium, contra Peliz. de Monial. cap. 7. nu. 47. qui opinatur quod possit talis Abbatissa à Monialibus denudò eligi pro tertio triennio absque alia dispensatione.*

13. Item, quod Monialis illegitima potest eligi in Abbatissam sine ulla dispensatione, quia Bulla Sixti V. contra illegitimos emanata Moniales non comprehendit, ut pluries *Sac. Congr. respondit, & præcipue Vicario Cordubæ 20. Octobr. 1592. Episcopo Spoletano 3. Januarii, Episcopo Catanen. 21. Martii, & Episcopo Cortonen. 4. Octobr. 1594. & contraria Decreta refert Nicol. in fosc. verb. Abbatissa, quibus adhæret Palsen. de elect. cap. 40. n. 43. & Donat. prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 7. qu. 37. num. 9. & seqq.*

14. Item, quod vota Monialium in electione Abbatissæ sive scripto, sive oretenus Episcopo, vel Deputato secreto dantur, nullo modo debent publicari, sed secreta conservari, aliàs si cum publicatione scrutini simul nomina eligentium publicentur, aut in Decreto electionis describerentur, electio erit nulla, quia non est amplius secreta, contra formam *Concil. Trident. cap. 6. sess. 25. de Regul. Palsen. de elect. cap. 17. quæst. 3. num. 11. ubi sic ait: Vel si auditis secreto vocalibus, Scrutatores publicando scrutinium simul publicent nomina eligentium, vel si nomina describantur in Decreto electionis, talis electio est nulla, quia non est secreta, & idem confirmat in nu. 32. & 34. & declaravit quoque Sac. Congr. in supradicta Melpbit. electionis Abbatissæ. 3. Augusti 1696.*

15. **CORALI PROFESSE.** De jure communi quælibet Monialis Choralis statim, ac Professionem emisit, potest, & debet in Abbatissæ electione Votum dare *cap. Indemnitate de elect. in sexto: Ex jure verò speciali Regulæ, sive Constitutionis Monasterii, non nisi post plures annos professionis vocem habent, & propterea in hoc erunt servanda statuta, & consuetudines, juxta dispositionem Concil. Trident. sess. 25. cap. 7. Pasqual. ad Franc. par. 1. num. 667.*

16. Et quamquam in electione Abbatissæ

rissæ tùm ex consuetudine, tùm ex specialibus Constitutionibus, non nisi Chorales ad suffragium ferendum non admittantur; nihilominus ubi vigeret consuetudo admittendi etiam conversas, hæ non possent rejici, & excludi, sed deberent manuteneri in sua possessione votandi, quia de jure communi sunt legitimæ vocales, Peliz. de Monial. cap. 10. n. 89. Donat. prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 7. qu. 2. Passer. de elect. cap. 40. num. 5. & novissimè bis declaravit Sac. Congr. Episc. & Regul. in Barchinonen. 18. Aprilis 1698. & in Illerden. 4. Decembr. 1699. in utraque referente clar. mem. Card. Petrucci.

**17 PRATICHE ILLECITE, E MANEGGI VIETATI.** Hoc est procurando voces pro se ipsa, sive mediata, sive immediata; vel pro alia incapaci, & indigna: Nam se ipsam indignam facit Monialis, quæ pro sui electione ita Vota sollicitat, ut per doctrinam Abbat. in cap. Per Inquisitionem n. 5. de elect. docet Passer. de elect. cap. 5. quæst. 6. n. 75. Quæ autem precibus agit in procurandis suffragiis ad bonum finem, nimirum ut ab electione excludat eam, quæ esset indigna, vel minus digna, bene ageret, ut inquit ibidem Passer. n. 78. & ideo dicitur in Formula, quod denunciandæ sint Moniales, quæ procurant voces modo illicito, & à Constitutione Clem. VIII. inhibito, ac ab Urbano VIII. confirmata Constit. 26. Bullar. tom. 4. & à jure damnato, scilicet simoniaca datione, coactione, vel extorsione, Glof. est literalis in cap. Indemnitatibus in §. Sane verb. omni pravitate de elect. in sexto.

**18 SITROVASSE INCORSA NELLA SCOMMUNICA.** Quælibet enim Monialis, quæ reperitur censura ligata, est ineligibilis, sicuti illa, quæ sit privata voce, aut alàs esset inhabilis, puta quia amens, solita inebriari, obfesa, illegitima, publicè pœnitentiata, infamis infamia juris, vel facti, continuò infirma, non Professæ expressè, non habens ætatem, & alia requisita Concilii, de quibus defectibus latè agit Passer. in de elect. cap. 25. per tot. & in specie de electione Abbatissæ cap. 40. quæst. 3. n. 77 ubi quoad alias mox recensitas inhabilitates præter censuras, & privationem vocis

ad dicta in præfato cap. 25. se refert.

**19. O NELLA PRIVATIONE DI VOCE ATTIVA, E PASSIVA.** Moniales carere possunt voce, non solum propter delictum ex vi Regulæ, & Constitutionis ordinis; sed etiam vigore renunciationis factæ voci tam activæ, quàm passivæ, quæ cum competat privato jure, validè fieri potest, Dian. tract. 1. resol. 18. Donat. de Regul. tom. 2. tr. 4. qu. 19. Tamb. de jur. Abbatiss. disp. 31. q. 1. n. 4. Rot. coram Othob. dec. 115. Sac. Congr. Episc. in Januen. 26. Novembris 1688. & 23. Januarii 1690.

**20.** At Monialis, quæ renunciavit voci suæ, nedum antequam renunciatio acceptetur à Capitulo, vel à Superiore, sed etiam postquam acceptata fuit, potest pœnitere, & vocem reassumere, & debet admitti ad electionem, re adhuc integra, postquam suam reassumptionem Capitulo, vel Superiori notificavit; & hanc sententiam contra Sigismund. à Bonon. tenet Passer. in de elect. cap. 11. quæst. 9. per tot. ubi num. 80. ait contrariam opinionem sustineri posse in renunciatione vocis passivæ, quæ respicit bonum privatum electi, non autem in activa, quæ respicit bonum publicum.

**21.** Verùm Abbatissa canonicè electa, si habilem se existimet, non posset sine peccato electioni renunciare, sed tenetur ad evitandum damnum Communitatis injunctum munus acceptare, ut dicit Tamb. de jur. Abbatiss. disp. 31. quæst. 1. n. 1. quem sequitur Peliz. de Monial. cap. 10. num. 114. quod præsertim verum puto, quoties æquè idonea, quæ eligatur, non adfit.

**22** Item nota, quod licet vera sit conclusio supra firmata, quod quis possit renunciare suo suffragio in electione: hæc tamen conclusio fallit, quando renunciatio præjudicaret bono communi, puta si ex eo, quod N. non daret suffragium, eligeretur indignus, tunc enim talis renuncians peccaret mortaliter, si abstineret à votando, & compelli immò debet, ut suffragetur, Silv. verb. electio 1. qu. 5. circa fin. vers. sed intelligo.

**23** Item, quod nulla mulier corrupta potest eligi in Abbatissam, seu Priorissam, nisi à Sede Apostolica dispensetur, c. si quis omnem, §. novimus 1. q. 7. c. J. ven-

culas

*culas 20. quæst. 1. cap. Quomodo Virginibus, ubi glos. 3. qu. 1. Georg. Polacc. de Monial. tit. de elect. Abbatiss. n. 3. Sac. Congr. Episc. in Sarzan. 15. Julii 1616.*

24 Item, quod si facta, ac publicato scrutinio electionis Abbatissæ, Moniales afferant elegisse A. Superior verò, qui præfuit, dicat electam fuisse B. nemini standum est, sed iterùm audiendæ sunt Moniales per personam non suspectam, ut declarasse testatur *Sac. Congr. Lavor. var. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 24. n. 56.*

25 Item, quod, si electio Abbatissæ fiat per Schedulas, & in aperitione scrutini reperiantur plures Schedulæ, quàm sint vocales, licet actio sit punibilis, adhuc electio valida erit, si demptis superfluis remanet major pars, *Sac. Congr. Episc. apud Nicol. in fosc. verb. vox n. 6. & Sac. Congr. Conc. in Aquinat. 23. Augusti 1692.*

26 Item licet, quod eligentes scienter indignum priventur illa vice jure eligendi, & electio devolvatur ad Superiorem, ex traditis per Passer. *de elect. cap. 29. qu. 8. n. 72. & 78.* hoc tamen fallit in Monialibus, quæ si eligerent indignam scienter, non privantur voce, secundum opinionem Passer. *de elect. cap. 40. num. 78.* præsertim si hoc facerent ignoranter sine malitia, aut conditionaliter.

27 Item advertendum, quod, si in scrutinio darentur suffragia dubia, ut si diceretur -- Eligo Magdalenam, & Ceciliam vel -- Eligo quam Soror Columba elegerit, non valerent, sicuti non valeret suffragium sub conditione datum, puta -- Eligo Annam, si hoc, vel tale fecerit, ut inquit Portel. *ver. eligere, ac Georg. Polac. de Monial. tit. de elect. Abbat. allegatus.*

28 Item, quod vota essent inutilia, & haberentur, ac si non essent de Capitulo, quando una, vel plures ex Monialibus suffragarentur Moniali non professæ, vel non habenti ætatem requisitam, vel alicui alteri non de gremio, vel si misissent in urnam Schedulam albam, vel demùm, si egrederentur à loco Capituli jam ad electionem congregati, Sigismundi à Bonon. *de elect. part. 1. cap. 4. dub. 29. num. 2.* Passer. *de elect. cap. 18. num. 24. per Tex. in cap. in electionibus 2. de elect. nam vota eligentium debent esse certa, determinata, pu-*

*ra, sincera, & gratuita, cap. in nomine Domini dist. 23.*

29 Item, quod non est in dubium revocandum, quin possit Episcopus ante electionem Abbatissæ Moniales præmonere, cum in generali tam ex parte delictorum, quàm Monialium valeat inquirere, quia non est actus judicialis, sed præambulum rectæ gubernationis ad validam electionem consequendam: immò per interrogationem specialem ex parte delicti, de quo suspicari verifimiliter potest, inquit, cum non præcipiat ut Judex, sed postulat, ut patri sibi revelari ea, quæ tendunt ad Bonum Communitatis, ad cuius damnum vitandum, tenentur Moniales illi delicta revelando obedire, etiam si non sint publica, nec præcesserit infamia, quia bonum commune Religionis naturali jure præponderat bono privato alicujus ex illo *Joan. 11. Quicquid sit quando bonum universitatis non læderetur.*

30. Cumque igitur subornatio, quæ aliquando fit verbis, aliquando muneribus, quæ dantur electricibus, ut eorum benevolentia & gratia aucupetur, vitiet electionem, & conventio de tali eligenda sit illicita, & simoniaca, ut dixit Rot. coram Seraph. *decif. 516.* meritò Episcopus ad extirpandam ambitionem Sac. Canonibus exosam, præcipit extrajudicialiter sibi revelari tractatus à jure damnatos, ut disciplina, & observantia Regularis salva consistat.

31. Hoc unum insuper advertere debet Episcopus, quod minor pars Capituli nunquam validè eligit, nisi in casu, quo major pars scienter eligeret indignam, ut tradit Passer. *de elect. cap. 19. n. 21. & c. 31. n. 7. Sac. Congr. Episc. in Portugall. 4. Martii 1694.* Et ideo non conceditur confirmatio electæ, quæ non habuit majorem partem suffragiorum respectu totius Capituli, Rot. coram Coccin. *dec. 2082.*

32. Quando autem electio esset cassanda, seu annullanda vitio personæ electæ, tunc electa esset vocanda, & audienda; si verò esset irritanda ob non servatam legem, seu formam electionis, tunc proceditur ad novam absque citatione electæ, ut distinguit Passer. *de elect. cap. 33. n. 109. 155. & 164.*

33. RICONOSCERE IVOTI LEGITIMI, ED ESCLUDERE LE INCAPACI. Cum Episcopus in electione Abbatissarum Monasteriorum ipsi subditorum tanquam præsens, sit Iudex de iis, quæ pertinent ad directionem electionis, certum est, quod potest inquirere super legitimatione vocalium saltem extrajudicialiter, ut possit malam, vel nullam electionem evitare, & ne contingat post secutam electionem opponi, vel excipi contra electrices, vel contra electam: Melius est enim nullitatem prævenire, quam post factam electionem illam infirmare, & electam dejicere, juxta commune dictionem, quo uruntur juristæ, quod turpius ejicitur, quam non admittitur hospes, apud Surd. *conf. 64. n. 7.*

34. Hæc tamen velim accipias, quod Episcopus, hujusmodi prævia extrajudiciali informatione procedere debeat ad electionem Abbatissæ ad cauthelam, & ut Moniales ita monitæ ab illicitis abstineant, & ad bonam electionem illas disponat, non autem, quod hoc teneatur præmittere de jure, ac pro validitate electionis: Quia *Concil. Trid. c. 7. sess. 25. de Regul.* talem formam non præscripsit, neque ejus Canon. *in cap. de indemnitatibus de elect.* inquisitionem hanc præcedere debere determinat: Sed ibi Papa mandat; quod tùm ex officio, tùm ad oppositionem partis de defectibus electæ cognoscat antequam confirmationem concedat, ut *in S. si verò*, ibi — *Si verò ad illam, quæ à majori parte ( ut præmittitur ) est electa, noluerint aliæ accedere Moniales: Vel si accesserint non tot tamen, quod cum aliis prius in eam consentientibus faciant duas partes: Tunc super*

*objectibus partis alterius, si qui fuerint, & super aliis quæ in tali negotio sunt ex officio inquirenda, plenè, sine strepitu judicii, & figura per Superiorem inquiratur primitus antequam confirmetur eadem electio, vel etiam infirmetur.*

## Deputationis Cappellani.

## FORMULA XXIII.

## SUMMARIUM.

- 1 Sacerdos Regularis non debet inservire pro Capellano in Ecclesia Monialium, nisi in casu magnæ penuriæ Sacerdotum secularium.
- 2 Onus celebrationis Missarum injunctum Regularibus in Ecclesia Monialium transfertur ad eorum Ecclesiam.
- 3 Capellani Monialium non debent esse juvenes.
- 4 Episcopus potest prohibere Presbyteris secularibus, ne celebrent in Ecclesiis Monialium exemptarum.
- 5 In Ecclesiis Monialium non sepeliuntur cadavera secularium absque licentia Sacre Congregationis.
- 5 Cappellanus Monialium potest Missam celebrare de Sancto cujus officium à Monialibus recitatur.
- 7 Cappellanus Monialium non debet alium Presbyterium substituere sine licentia Episcopi.
- 8 Capellani Monialium debent esse amovibiles.

## N. Episcopus N.

Dilecto Nobis in Christo Presbytero seculari N. Tibi, ut asseris ab omni re-  
sidentie onere, aliaque obligatione libero, cognita ætate, ac per exam-  
men sacrarum caeremoniarum peritia, & à fide dignis morum, & vitæ honestate,  
& probitate, per præsentem tanquam Cappellano facultatem, & licentiam da-  
mus Missæ Sacrum faciendi in Ecclesia exteriori Monialium Monasterii N. ho-  
ris opportunis, servatis infra scriptis conditionibus.

Decentem Clericalem tonsuram, & coronam cum habitu talari semper  
deferas.

Cum

Cum Monialibus, aut aliis Mulieribus intra Clausuram degentibus (exceptis Monialibus Sacristis pro rebus ad Sacrificium Missæ, & ornatum Ecclesiæ tantum) non loquaris sub pœnis arbitrio.

Pro eleemofyna Missæ quotidianæ nil aliud recipias, quàm solitam; Missæ Sacrum ne facias sine Ministro idoneo, eoque decenti habitu induto.

Sacrum *per te ipsum* hora præscripta facies. Præsentibus *ad nostrum beneplacitum* valituris. Datum &c.

N. Episcopus (five Vicarius Generalis N.)

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

**PRESBITEROSÆCULARI.**

Regulares non debent infervire pro Capellanis in Ecclesiis Monialium, nisi in casu magnæ penuriæ Sacerdotum sæcularium: Et tunc Religiosus deputandus de consensu sui Superioris sit ætate, & moribus gravis cum prohibitione expressa, quod cum Monialibus nullo modo loquatur, Nicol. *fosc. verb. Cappellanus num. 11.*

2. Quia Regulares non solum sunt prohibendi, ne Missam celebrent in Ecclesiis Monialium, sed si eis ab aliquo Testatore reperiatur injunctum onus ibidem celebrandi, tale onus potest, immò & debet transferri ad eorum Ecclesiam, vel alibi, prout laudando provisionem *Sac. Congr. Episc. rescripti Patriarchæ Veneto 15. Junii & 8. Augusti 1592.*

3. **ÆTATE.** Cappellani Monialium non debent esse juvenes, Nicol. *in fosc. verb. Cappellanus num. 10.* sed provecti quia in seniore præsumitur major probitas, *cap. Si officia 59. dist. & morum gravitas, cap. Porro 84. dist.* At quia in Civitatibus, & locis parvis senes, & provecti non inveniuntur, prudentiæ Episcopi remittitur, ut etiam juvenes pensatis loci, & facti circumstantiis debeat admittere, dominodò sint præditi bonis moribus, & fama de eis bene loquatur.

4. **TAM QUAM CAPPELLANO.** Nam Presbyteri sæculares, qui advocantur pro celebratione Missarum in Ecclesiis Monialium, possunt ab Episcopo prohiberi, ne accedant, quamvis Moniales exemptæ sint, aut Regularibus subiciantur, quia talis accessus pertinet

ad custodiam Clausuræ, super qua Episcopus invigilat, & jurisdictionem indiscriminatim exercet, ut respondit *Sac. Congr. Concil. in Hieracen. Visitationis 26. Januarii 1692. in responsione ad septimum.* Cappellanus autem sufficit, quod approbetur à Superiore Monasterii, *ut in dicta Hieracen. in responsione ad nonum.*

5. Cappellanus autem non potest dare sepulturam in Ecclesia Monialium Cadaveribus Laicorum five masculis, five fœminis, quamvis nobilium, & quod ibidem elegerint sepeliri, absque licentia Sacræ Congregationis, & Monialium copulative, ut pluries decretum fuit teste Nicol. *in fosc. verb. Sepultura n. 5. & Pignatell. conf. 177. num. 1. & 2. & præcisè in Forosempronien. 23. Augusti 1652. & in Gravinen. 1. Octobris 1650.* quæ Decreta denuò ad trutinam revocata, iterum *ead. Sac. Congregat. Episcop. probavit in Verellen. 18. Maii 1696.* non obstante solito, *referente Eminentiss. Card. Pamphilo:* Et ratio est, quia cum Ecclesia Monialium de jure jus sepeliendi non habeat, non possunt in ea absque privilegio, & licentia Superioris, idest Sacræ Congregationis, & in præjudicium Parochiæ, atque sine consensu simul Monialium, Cadavera tumulari, neque Sepulchra construi.

6. **MISSÆ SACRUM FACIENDI.** Cappellanus Monialium potest Missam celebrare de Sancto, cujus Officium ab ipsis Monialibus celebratur in Choro, Missali tamen Romano, in quo si Missa particularis de eodem Sancto non adest, sumitur de communi, *Sacr. Rituum Congr. apud Gavant. in Manu. Episcop. verb. Monialium Cura spiritual. n. 33. Barb. in Sum. decis.*

decis. Apostol. collect. 122. num. 4. Nicol. lucubr. Can. lib. 3. tit. 1. de vit. & honest. Cler. n. 17. ubi Decretum Sacr. Congreg. Rituum sub die 20. Novembris 1628. quod affert quoque Gavant. adducit.

7. **PER TE IPSUM**. Additur hæc clausula, ne Cappellanus arbitrium sumat substituendi alium Presbyterum non approbatum ad celebrandum in Ecclesiis Monialium, sine licentia Episcopi, sive Vicarii Generalis in casu impedimenti.

8. **AD NOSTRUM BENEPLACITUM**. Cappellani monialium debent esse amovibiles, non autem perpetui, seu intitulati, ut declaravit Sacr. Congr. Episcop. in concessione gratiæ foundationis Monasterii monialium Cappucinarum loci Caprioli Brixien. Diocesis, referente clar. mem. Card. Petrucci sub die 18. Julii 1692. in qua rescipit -- *Annuum pro funda-*

*zione Monasterii juxta petita, ita tamen, ut Cappellani in Cappellaniis perpetuè erigendis sint amovibiles: juxta sancita in Concilio Aquilensi sub Clem. VIII. anno 1596. Can. 20. ubi inter dicitur celebratio Missarum in Ecclesiis Monialium Presbyteris Sæcularibus, & Regularibus sine licentia, & approbatione Episcopi.*

Deputationis Prædicatoris  
Monialium.

FORMULA XXIV.

SUMMARIUM.

- 1 Concionatores pro Monialibus, debent esse viri pii, & docti.
- 2 Concionatores Monialium, non possunt cum illis alloqui sub quovis prætextu.

**T**ibi N. cujus morum honestas, & sacrarum litterarum peritia Nobis notæ sunt facultatem concedimus, ut in Ecclesia exteriori Monasterii Monialium N. Monialibus ipsis in communi, & in interiori Ecclesia congregatis Verbum Dei è fugestu, vel ex Altari prædicare licitè possis: Dummodò peracta concione, à quocumque singulari colloquio etiam spirituali, cum aliqua Moniali habendo, omnino abstineas, ne pœnas contra regulares alloquentes Moniales sine licentia inflictas incurras, & lethali culpa te obstringas. Præsentibus . . . duraturis. Datum, &c.

N. Episcopus N.

N. Cancellarius.

ADNOTATIONES.

1 **NOBIS NOTÆ SUNT**. Verbi Dei prædicatio monialibus ministranda, non est committenda Sacerdotibus Sæcularibus, sive Regularibus, quorum mores, & doctrina notæ non sint Episcopo, quia exindè relaxatio regulæ oritur, si hi in doctrinis variis, & peregrinis laxi sint; & è converso disciplina, & observantia Regularis solidatur, si Concinator prudens, doctus in doctrina sana, & pius eligatur,

qui valeat moniales erudire.

2. **OMNINO ABSTINEAS**. Non possunt Concionatores sub quovis prætextu moniales alloqui, aliàs incurrunt censuras inflictas in Decretis Sixti V. & Urbani VIII. quæ refert per extensum Donat. prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 6. q. 5. & qu. 20. & in qu. 21. ubi de Concinatoribus Tamb. de jur. Abbat. disp. 26. q. 4. & dicam melius in Appendice Adnot. ad Decretum Urb. VIII. super accessu Regularium ad Collocutoria Monialium, ubi Sac. Congreg. Concilii resolutiones referam.

TITU.